

non auocare, & abducere impios a malo, ac
hactenus dicitur eos relinquere, quia scilicet
non reuocat, & retrahit eos a malo.

Ad 3.

Homo sub diuina
prouidentia
nobiliorem
gradum
obtinere.

Ad tertium respondetur, omnino hominem
nobiliorem gradum sub diuina pro-
uidentia obtinere. Nam res naturales, &
insensiles soli diuinæ prouidentiæ subsunt,
at homo non solum diuinæ, verum etiam et
sue prouidentiæ subest, id quod ad hominis
nobilitatem, & excellentiam pertinet. Ex quo
fit vt in humanis actionibus plures defectus,
pluresq; deordinationes reperiantur, quam
in actionibus naturalibus. In his siquidem
nulli accidere possunt defectus ex parte pro-
uidentiæ, sed solum ex parte eorum quæ pro-
uidentiæ subsunt, At in actionibus humanis
incidunt defectus ex parte humanæ pro-
uidentiæ, quæ a recto ordine potest deflectere.
Neque tamen hoc obstat, quo minus homo
sub diuina prouidentia nobiliorem gradum
obtineat, siquidem hoc ipsum, nempe quod
homo suarum actionum habeat pro-
uidentiæ, ad excellentiam hominis pertineat.

Ad 4.

Ad quartum, Quamuis multa in actioni-
bus humanis casu eueniant in ordine ad
causas proximas, & particulares: non ta-
men casu eueniunt, in ordine ad diuinam
prouidentiæ, sub qua omnes causæ infe-
riores continentur.

Apparen-
tes de or-
dinatio-
nes in hu-
manis re-
bus non
collunt,
sed po-
nunt po-
tius diui-
nam pro-
uidentiæ

Ceterum quod in humanis actionibus
multa accidant, quorum contraria debuis-
sent accidere expensis causis inferioribus,
veluti quod potentiores in bello succum-
bant, id nihil detrahit diuinæ prouidentiæ,
immo vero eandem in opere commendant,
atque confirmant. Ex eo enim intelligitur
humanas actiones diuina prouidentiæ regi,
vt pote cuius efficacitate efficitur, vt poten-
tiores vincantur, atque succumbant, neque
eis aut velocitas ad currendum, aut robur
corporis ad pugnandum opituletur. Ex quo
subinde intelligitur, victoriam in bello non
tam ex hominum fortitudine, & industria,
quam ex Dei voluntate, & prouidentiæ ho-
minibus contingere.

Ceterum quod æque pijs, & impijs ho-

minibus eueniant bona, & mala, nihil est
dubij, quin id recta ratione fiat, perquam
diuina prouidentiæ omnia disponit, atque
dispensat, ceterum quia eam rationem ig-
noramus, propterea videtur nobis ea aut
casu, temereque accidere, aut certe præter
rationem, & ordinem fieri, ceu siquis in
officinam fabri ingressus, cernensque mul-
ta instrumenta fabrilia, iudicaret inutilem
esse tantam multitudinem, ob id scilicet
quia nesciret, cui vsui quodque illorum in-
seruiret. Contra quod tamen iudicaret il-
le qui artis fabrilis gnarus esset atque pe-
ritus. Videret enim non sine causa parari
tantam instrumentorum multitudinem, vt
pote quia sciret cui vsui illorum quodque
inseruiret.

Ad hunc etiam modum homines diui-
nam prouidentiæ aut tollunt omnino,
aut incusant, quia nesciunt, quas ob causas
diuina prouidentiæ singula dispenset: quas
easdem si scirent, non incusarent diuinam
prouidentiæ, sed admirarentur potius, &
collaudarent, dicentes cum propheta, ius-
tus es domine, & rectum iudicium tuum.

Quod vero attinet ad confirmationem
sumptam ex Diui Damasceni authoritate,
dicimus, Damascenū verbis illis non sub-
trahere diuinæ prouidentiæ ea quæ sunt in
nobis, hoc est, actiones humanas liberas,
sed diuinæ determinationi, hoc est, diui-
næ prouidentiæ ad vnum determinanti, quo
modo diuina prouidentiæ ea determinat,
quæ non habent arbitrij libertatem.

Tandem bona, & mala siue penæ, siue
culpa, siue naturæ subsunt diuinæ pro-
uidentiæ, non tamen eodem modo, sed bona
quidem vt perse volita & intenta, & non
solum vt prouisa, & præscita, at mala vt præ-
scita, & prouisa, siue ordinata, non tamen
vt intenta, nisi per accidens, hoc est ra-
tione boni ad quod illa mala diuinitus or-
dinantur & comparantur. Etenim malum
naturæ cedit in bonum, non quidem eiusdem
naturæ, cui accidit malū, sed alteri^o ceu mors

Recta ra-
tione fit,
quod quæ
bonis, &
malis eue-
niant bo-
na, & ma-
la.

simile.

Homines
diuinam
pro-
uide-
ntiam, aut
tollunt,
aut incu-
sant quia
causas ig-
norant di-
uinæ gu-
bernatio-
nis.

Damascen-
ni senten-
tia expo-
nitur.

Bona, &
maladiu-
næ pro-
uidentiæ
sub-
iacent nō
tamen eo-
dem mo-
do sed bo-
na quidē
vt perse
volita, &
intenta,
mala ve-
ro vt præ-
scita, &
ordinata
nontamē
vt inten-
ta, nisi
per acci-
dens.

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

Enumeratur bona, quæ deus elicit ex malis.

muscæ cedit in bonum araneæ, & mors ouis cedit in bonum Lupi, aut Leonis. Porro malum voluntatis cedit & in bonum proprium habentis malam voluntatem, & in bonum aliorum, in bonum quidem proprium, quatenus homo agnitione propria imbecilitatis coram Deo se demittit & ad colendum virtutis studium peccati poenitens, ardentius excitatur. In bonum vero aliorum redundat, quatenus abij videntes peccatorum punitionem resipiscunt, & vitam in melius commutant, Abij vero occasione malitiae alienae meritis cumulantur, & gloria. Id quod contigit sanctis malorum, & tyrannorum persecutionibus exercitis. Sunt alia multa bona ad quæ mala, quæ cernuntur in Mundo, diuinitus ordinantur, quæ humana ratio sicut neque assequi potest cogitando, sic neque explicare valet dicendo.

Diluuntur argumenta allata contra providentiam brutorum.

Noneodem modo deus curam habet brutorum, atque hominum.

Quod vero attinet ad argumenta contra providentiam brutorum animalium inducenda, dicimus illis scripturæ testimonijs non significari, animalia rationis expertia diuinæ providentiæ non subesse, aut illorum Deum ipsum minime curam gerere, sed non eodem modo illis Deum consulere, atque hominibus, id quod verissimum est. Etenim deus curam habet hominum, non solum secundum quod congruit speciei, sed etiam secundum quod congruit individuo, bona quidem ad meritum, & premium, mala vero ad penam ordinans, & supplicium. At brutorum non sic deus curam habet, siquidem vniuersa ipsorum gubernatio ad conseruationem boni naturæ referatur, & mala quæ eis accidunt, seu mors, & occisio, non cedant in bonum proprium, quia nullum sit eorum premium post mortem, sed in bonum aliorum, siue eiusdem generis, ut mors muscæ cedit in victum araneæ, siue hominum qui animalibus vescuntur.

Vnde quia Deus sic instituit, ut in brutis animalibus, potentiora sibi subijcerent imbecilliora citra ullam meriti, aut demeriti considerationem, sed solum respectu habito conseruationis boni naturæ, idcirco propheta miratur dubitans, si hoc modo de-

us res etiam humanas curaret. Id quod esse maxime absurdum, ita enim fieret, ut res humana destitutæ à diuina providentia viderentur. Ille tamen ordo, illaque ratio gubernationis sufficit ad providentiam brutorum.

Porro testimonium Diui Hieronymi non officit catholicæ veritati, quæ asserit brutorum animalium individua, ipsorumque actiones, & motus diuinæ providentiæ subiacere, Namque illis verbis non significat D. Hieronymus, non scire Deum quanta sit pulicum, culicum, muscarum & piscium multitudo, & quot nascantur, atque moriantur, sed hoc significat, non scire hoc deum per momenta singula, sed simul & semel omnia. Neque ita scire, ut eandem habeat providentiam rationalium, & rationis expertium creaturarum. Diuerso enim modo Deus prouidet creaturis ratione præditis, & ratione carentibus, ut iam satis exposuimus.

Ad postremum respondetur, multum conducere brutis animantibus diuinam providentiam, Nam si ea Deus non curaret, regeret, & gubernaret, proculdubio interirent. Ac eorum quidem Deus est finis ut ad quem omnia referuntur, non autem ut attingibilis propria actione, hoc siquidem modo Deus solum est finis creaturæ eius, quæ rationis est particeps, quæ sola potest deum cognoscere, & amare, in quo beatitudo creaturæ rationalis consistit.

Diluimus argumenta contra secundam conclusionem in parte tractatam inducenda, superest ut motiua initio quæstionis exposita diluamus, quibus aliqui adducti diuinam providentiam aut omnino, aut ex parte negauerunt.

Ac primum quidem illud Epicuri argumentum diluitur negata consecutione. Ad probationem vero dicitur, Deum res omnes curando, & administrando nihil omnino habere negocij, laboris, & sollicitudinis, ut pote quia intelligendo gubernet, iam autem Deus omnia simul & vnica intelligentia intelligit. Et sic omnia intelli-

Exponuntur verba diui Hieronymi.

Deus est finis creaturæ irrationalis, non ut attingibilis ipsius operatione, sed ut causa finalis.

Diluuntur argumenta initio quæstionis posita.

Ad 1.

Deus citra laborem, & sollicitudinem omnia curat, & administrat.

git,

ostenditur ex ratione bere aliqua actione ad ext...

Ad 2.

Deus commotus affertibus eundem sectum ne far effectus

Omnimediocriter gio, si us ne iramur, grati

git, vt interim a sui perpetua intellectione, & contemplatione non desistat. Etenim intelligendo se, intelligit alia a se.

Porro attribuendam omnino esse Deo aliquam actionem ad extra sic ostendit Lactantius in lib. de ira Dei cap. 4. Deus igitur non est, si non mouetur, quod est proprium viuentis, neque facit aliquid impossibile homini, quod est proprium Dei, si omnino nullam habet voluntatem, nullum actum, nullam denique administrationem, quae Deo digna sit, & quae maior & quae dignior administratio Deo assignari potest, quam mundi gubernatio, quam cura viuentium, maximeque generis humani, cui omnia subiecta sunt? Quae igitur in Deo esse potest beatitudo, si semper quietus, & immobilis torpet! si precantibus surdus, si colentibus coecus! Quid tam dignum, tamque proprium Deo, quam prouidentia! sed si nihil curat, nihil prouidet, amisit omnem diuinitatem, ita sublata prouidentia, nulla est omnino diuinitas.

Ad secundum respondetur, deum nullis affectibus commoueri secundum affectum, & hoc solum efficiunt rationes eorum qui dicunt deum neque ira concitari, neque gratia moueri, vt est apud Lactantium in libro de ira, cap. 4. 5. & 6. Commoueri tamen secundum effectum. Exhibet enim effecta hominis, qui aut ira commouetur aut gratia, quatenus scilicet in homines male de se meritos animaduertit, in homines vero bene de se meritos beneficia confert. Alioquin si deus neque puniret improbos, neque beneficia tribueret pijs omnia scelere, & immanitate cõpleretur, & religio omnis e medio tolleretur. Nã si deus nihil cuiquam boni tribuit si colentis obsequio non mouetur, si se colentibus nullam gratiam refert, nõ est quod ipsum colamus, aut ei templa dedicemus, aut denique ipsi preces, & sacrificia adhibeamus, vt pote quia nihil boni ab ipso permanere ad homines possit. Iam autem dei cultu sublato, religio omnino deletur, qua sublata confusio, & perturbatio vitae consequitur. Fatendum est igitur deum, & gratia commo-

ueri, & ira, idque effectu solum, non affectu. Illud enim prius non congruit cum diuina natura, hoc vero ab ea non abhorret. Decet enim diuinum Numen vt de improbis supplicium sumat, & de probis quam optime mereatur. Lege Lactantium in commentario de ira dei.

Quod vero ad tertium argumentum attinet, respondetur Deum scire, & velle mala culpae, quae sunt in mundo, velle tamen, & scire, non quidem voluntate, & scientia approbationis, sed voluntate, & scientia permissionis.

Quam ob causam autem Deus permittat mala, iam supra docuimus. Ita fit, vt mala ipsa, neque sint volita a Deo, neque intenta, ipsa tamen malorum permissio volita est & intenta, vt scilicet ex malis eliciantur bona. Et hinc fit subinde, vt nihil fiat contra Dei voluntatem. Nam quamuis deus non velit mala, vult tamen ea permittere, multas ob causas, quas supra ex posuimus.

Ad quartum responsio patebit quaestione quarta, qua disputatur, an ne diuina prouidentia rebus ijs, quae sub prouidentiam cadunt, iniungat, & imponat necessitatem.

Sequitur vt eorum motiua diluamus, qui prouidentiam ex parte negauerunt, quorum alij Deo rerum sempiternarum duntaxat, non itidem caducarum & fluxarum, cuiusmodi sunt sublunaria omnia, prouidentiam attribuerunt, alij vero omnia quidem diuinae prouidentiae, exceptis actionibus humanis, & voluntarijs, subiecta esse voluerunt.

Ac Arist. quidem Deo prouidentiam detrahit rerum sublunarium, vt satis aperte colligitur ex duodecimo Metaphysices, textu quinquagesimo primo, quod ipsum visum est multis viris doctissimis, quos initio quaestionis citauimus.

Ceterum D. Thomas 12. Metaph. commento 51. lectione 8. oppositum sentit, ac proinde Aristotelis sententiam, positam loco citato, benignius interpretatur, in hunc modum.

Considerandum est autem quod Philosophus intendit ostendere, quod Deus nõ intelli-

Ad 3. Deus scire & vult mala culpae, nõ quidem scienti, aut voluntate approbationis, sed scientia, & voluntate permissionis.

Ad 4.

Aristotelis de prouidentia opinio.

D. Thomas benignius interpretatur opinionem Aristotelis.

ostendi-
tur ex la-
ctatio ha-
bere deũ
aliquam
actionem
ad extra.
Nulla deo
dignior
adminis-
tratio al-
signari po-
test, quã
mundi,
rerũque
omniũ &
maxime
hominũ
guberna-
tio.

Ad 2.

Deus non
comoue-
tur affec-
tibus se-
cundũ af-
fectũ, be-
ne tamen
effectũ.

Omnis e-
mediotol-
litur reli-
gio, si De-
us neque
ira moue-
tur, neque
gratia.

intelligit aliud, sed seipsum, in quantum intellectum est perfectio intelligentis, & ipsius intelligere. Manifestum est autem quod nihil aliud sic potest intelligi a Deo, quod sit perfectio intellectus eius. Neque tamen sequitur, quod alia a se sint ei ignota. Nam intelligendo se intelligit omnia alia, quod sic patet.

Cum Deus sit ipsum suum intelligere, ipsum autem est dignissimum, & potentissimum, necesse est quod suum intelligere sit perfectissimum, perfectissime ergo intelligit seipsum. Quanto autem aliquod principium perfectius intelligitur, tanto magis intelligitur in eo effectus eius. Nam principia continentur in virtute principij. Cum igitur a primo principio, quod est Deus, dependeat coelum, & tota natura, ut dictum est, patet quod deus cognoscendo seipsum, omnia cognoscat.

Neque vilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati ipsius. Non enim intelligere actu aliquod indignissimum est fugiendum, nisi in quantum intellectus in eo sistit, & dum illud actu intelligit, retrahitur à dignioribus intelligendis. Si enim intelligendo aliquod dignissimum, & vilia intelligantur, vilitas intellectorum intelligentiæ nobilitatem non tollit. Hæc hæcenus dicta sunt a D. Thoma. Ex quibus eius verbis satis aperte intelligitur, non esse de Aristotelis mente, & sententia, Deum alia a se non intelligere, sed extra se nihil intelligere, sed in seipso. vel certe aliud a se non sic intelligere, quod sit perfectio intellectus eius, Nihil enim aliud a Deo esse potest perfectio divini intellectus, cum quo tamen stat, ut deus aliud a se possit intelligere, quod sit terminus, vel obiectum divini intellectus. Benigna profecto ac tam sancto, tamque pio doctore digna interpretatio, sed quæ minus congruat cum Aristotelis verbis in loco supra citato. Etenim Arist. eo loco aperte dicit divinum intellectum, extra seipsum nihil tanquam obiectum movens intelligere, eo quod divinum intellectum movere aliud non potest nisi divina essentia. Ex quo subinde intelli-

gitur Deum alia a se minime intelligere. Ac proinde neque eorum providentiam, & procuracionem habere.

Sunt tamen qui contendant, Aristotelem non detraxisse Deo providentiam rerum inferiorum, id quod colligunt ex alijs eius decretis, atque sententijs.

Principio Arist. duodecimo primæ philosophiæ libro, testatur mundum, atque a deo omnem vniuersitatis ordinem a prima intelligentia, hoc est, ab ipso Deo perinde pendere, atque exercitus, vniuersusque, ipsius ordo pendet à duce, & imperatore, at hoc verum esse non posset, si inferiora hæc deo non essent cognita, & diuinæ mentis ratione administrata, sensit igitur Arist. mundum diuinæ mentis & consilio administrari, ac proinde inferiorum, ac sublunarium curam providentiæque habere Deum.

Idem Arist. secundo de celo libro ait, firmamentum multis esse stellis distinctum, alios vero orbis vnica duntaxat stella insignitos, propter ortum rerum sublunarium, at ortus, & interitus solis rebus singulis conuenit, non enim species gignuntur, aut intereunt, igitur de mente, & sententia Aristotelis Deus non solum speciebus ipsis, & naturis, verum etiam & earum indiuidijs vult esse profusum atque consultum.

Idem 2. de ortu, & interitu rerum, asserit Solem per obliquum circulum moueri, ut accessu, & recessu ipsius, in sublunarijs quodam successu fiant rerum ortus, & interitus, at solaria singularia oriuntur, & occidunt, igitur diuina providentia non solum æterna curat, verum etiam fluxa, & caduca.

Idem Arist. 2. de anima libro & secundo de generatione animalium libro inquit, tribuisse naturam cuique animalium, ut tale aliquid, quale ipsum est generet, ac procreet, ut vel hoc modo diuinum esse participet, hoc est, immortale, & sempiternum. Quo loco commentator Aristotelis Auerroes inquit. Sollicitudo diuina, cum non potuerit efficere, ut quodque animal permaneat secundum indiuiduum, miserta est eius, vim ad procreandum sibi simile largiendo, qua efficitur, ut

simi-

Breuis-
sima expo-
sicio men-
tis Arist.

Benigna
illa expo-
sicio non
congruit
cū textu.

Ostendi-
tur ex A-
ristotelis
doctrina
Aristote-
lem diui-
nam pro-
uidentiam
non nega-
sse.

1. locus.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

Auerroes

1. locus

diuina
uident
circa v-
rū et n-
liorem.

Paber
pulen-

Arist
consti-
bi cir-
diuin-
in he-
ferio-
uide-

Neque
dem
consti-
eius
pret-
lexa
& A-
es.

Ale-
asse-
uin-
uid-

si minus in singulari, certe in specie possit permanere.

1. locus.

Hoc ipsum Arist. multo clarius expressit primo de economicis libro cap. 3. quo loco sic ait loquens de necessario viri, & foeminae congressu. Simul quoq; & naturam hoc generationis beneficio sempiternitatem implet, ut quoniam id secundum numerum efficere non potest, efficiat saltem secundum speciem. Sic enim utriusque natura viri scilicet, & mulieris diuina est prouidentia ad societatem, vitamque communionem comparata. Alterum enim robustiorem fecit, imbecilliorē alteram, ut haec quidem ob timorem cautiore esset, atque circumspectior, hic vero propter fortitudinem vindicantior, atque pugnacior. Hic pararet foris, haec parva domi conseruaret, Haec liberos nutrit, ille erudiret. Hoc loco Faber stapulensis in annotationibus ad caput tertium sic ait. Sunt qui impietatis Aristotelem incusent, quod diuinam prouidentiam in haec inferiora, citra globum lunarem, se diffundere negauerit, Quorum placita ad Ambrosium usque & ecclesiasticos viros peruagata sunt. Quod si sentiret, non nunc profecto diceret, sic est utriusque, viri scilicet & foeminae, ab ipso Deo ad societatem comparata, dispositaque natura. Fateor apertum esse hoc Aristotelis de diuina prouidentia testimonium, ex quo fit ut in eam opinionem inducar, ut putem Aristotelem in repropoita sibi minime constitisse, id quod satis intelligi potest ex ijs locis quos protulimus distinctione. 35. q. 5. art. 1. ex libro de mundo ad Alexandrum, & ex libro Magnorum moralium. 2. cap. 8 quibus locis aperte negat Aristoteles horum inferiorum prouidentiam, quam eius sententiam amplexati sunt nobiles eius interpretes Alexander, & Auerroes. Quamuis iidem ipsi alijs locis contrariam protulerint sententiam. Ac Alexander 8. primae philosophiae libro ad finem, Deum opt. & max. rerum cunctarum appellat parentem, & conditorem, id quod esse verum non potest, si a rebus indiuiduis, quatenus indiuiduae sunt diuina prouidentia secludatur.

ad mentem Aristotelis sic definiendam esse existimauit, ut eam esse dicat, motus vel mutationis, propter aliquem finem inductionem, immisionemque. Ac hoc modo, prouidere nihil est aliud, quam motum, vel mutationem quouis modo in aliquod, ad aliquem finem, inducere. Quomodo diuinum illud numen rebus omnibus tam aeternis, quam fluxis, & caducis, tam corporeis, & materialibus, quam incorporeis, & materiae expertibus prouidet. Etenim illis omnibus motum immittit: ipse interim immobilis, & stabilis permanens. Mouet autem hoc modo de sententia Aristotelis duodecimo Metaphy. & eius expositorum. Primus igitur ille intellectus supremum caelum immediate mouet, ad eiusque motum caetera corpora caelestia, quasi rapta, & abstracta concitantur. Deinde substantijs illis immortalibus, & intelligentibus, omnis concretionis expertibus motum incorporeum & spirituale impartit, quatenus ipsius amore, & desiderio illa mouent caelestia corpora alia a primo mobili. Cupiunt enim supremo intellectui in mouendo assimilari. Mouent autem illa caelestia corpora cum propter seipsas, quatenus scilicet hac maxime ratione dei similitudinem consequuntur, est autem in expectendis quam maxime, dei in se aliquam similitudinem exprimere, tum propter sublunaria, nepe propter generationes, & corruptiones perpetuas, quorum interuentu sublunaria haec alioqui occidua, & moribunda sempiternitatem quandam consequuntur, in specie conseruata, & propter singulorum indiuiduorum salutem tuendam, atque conseruandam. Quibus rebus efficitur ut merito secundum Aristotelis placita dici possit, deum omnibus tam caducis, & fluxis, quam sempiternis, & immortalibus, corporeis, & incorporeis substantijs prouidere, atque consulere.

Idem Alexander 2. questionum naturalium libro, cap. 21. hanc ponit diuinae prouidentiae finitionem. Diuina prouidentia est executio propriae operationis ad usum alterius, quam nos definitionem q. 2. expendemus. Ita Alexander non tollit, sed ponit diuinam prouidentiam, etiam circa res singulares, & sublunares.

Auer-

Diuina prouidentia circa virum et mulierem.

Faber stapulensis.

Arist. non constat sibi circa diuinam in haec inferiora prouidentiam

Neque iidem sibi constant eius interpretes Alexander & Auerroes.

Alexander asserit diuinam prouidentiam

Deus in se ipso immobilis permanens rebus omnibus motum immittit.

Quomodo Deus mouet omnia.

Quas ob causas intelligitur orbium motrices mouent corpora caelestia.

Averroes ponit diuinam providentiam

Averroes Aristot. commentator eandem etiam asserit, non solum circa sempiterna, sed etiam circa generabilia, & corruptibilia, non solum in vniuersali, sed etiam in singulari. Sed iam locos proferamus.

1. locus.

Averroes igitur 2. de celo sic ait. Creator optime fecit, cum posuit substantiam convenientem salutem eorum, quae sunt hic, At quae hic sunt, quorum salutem est a creatore omnium Deo prospectum, atque consultum, nulla sunt alia, nisi sublunaria, eaque singularia, nam speciei non erat quod prospiceretur, diuina igitur providentia, de sententia Averrois, ad haec etiam quae sublunari orbe continentur, pertingit.

2. locus.

Idem 2. physicorum testatur ex illa propositione, nempe naturam agere propter finem, posse concludi, deum habere sollicitudinem, hoc est, curam, & procuracionem eorum, quae sunt hic, hoc est sublunarium. Namque natura ipsa aut Deus est, aut ab ipso Deo ad finem dirigitur.

3. locus.

Idem etiam Averro. 10. ethicorum sic ait. Et siquidem sit cura deo de hominibus, ut creditur, & ut debitum est, gaudet eo qui est melior, & qui ei nititur assimilari. Et paucis interiectis ait. Est ergo ut benefaciat eis, qui eum magis amant, & honore afficiat eos, ac visitet, quomodo est affectus amicus ad amicum suum.

4. locus.

Idem ad calcem libri elenchorum ait se velle fusius tractare aliquot ex captionibus sophisticis, siue redargutionibus, si deus voluerit, & creator sibi vitam produxerit. Id quod Averroes non diceret, si deus res humanas in particulari, & in individuo minime curaret.

Quod igitur ad diuinam providentiam attinet, & ipse Arist. & eius interpretes non videtur sibi constare.

Ex alijs locis Aristotelis doctriue colligitur diuina circa res humanas & inferiores providentia.

5. locus.

Placet & alios subinde ex vniuersa Aristotelis philosophia locos proferre, ex quibus vel aperte intelligi, vel certe colligi potest Aristotelem diuinam circa res inferiores providentiam posuisse.

Aristoteles igitur in proemio Metaphysices, sapientis, inquit, esse ordinare, hoc est, res in finem dirigere, finem inquam cuique rei acco-

modatum, At, authore Aristotele, Deus est sapientissimus, res igitur vniuersas ordinat, & in fines suos dirigit, hoc autem est aliud nihil quam providere, rebus igitur vniuersis, non sempiternis modo, verum etiam fluxis, & caducis deus providet,

Idem Arist. duodecimo primae philosophiae libro commento 38. ex tali principio, quod est deus, colligit caelum pendere, vniuersamque naturam, Atqui vniuersa natura cuiusque speciei, est aliud nihil quam omnia speciei individua, etenim quod libet singulare pars est aliqua naturae ipsius speciei, dependent autem res a deo in esse & conseruari, deus igitur curat res singulares dando, & conseruando esse.

Idem Arist. in proemio Metaphy. sic ait, videtur autem omnibus, Deum principium esse quiddam omnium causarum, at generabilia, & corruptibilia sunt causae, deus igitur illarum causarum author & principium est, & per consequens omnis effectus profecti ab illis causis. Namque effectus secundarum causarum ad primam causam referuntur, ut pote quia a prima causa vim accipiant causandi, & prima ipsa causa magis influat in effectum quolibet quam secunda causa. Iam autem cum Deus operetur intelligendo, etenim suum operari est suum esse, esse autem Dei est intelligere, sequitur ut Deus effecta sua omnia siue immediata siue mediata intelligat, ac proinde & singularia. Effecta enim sunt in singularibus. Sed omnis causa, ea praesertim quae mentis, & rationis est particeps providet suis effectis mater enim curat filium, Deus igitur effectis suis omnibus providet.

Idem Arist. primo Meteororum cap. 1. statim in principio ait mundum hunc inferiorem necessario illi superiori & caelesti coherere, ut vis omnis eius inde gubenetur, Atqui mundus hic inferior constat ex generabilibus, & corruptibilibus solum, vis igitur, & causalitas generabilium & corruptibilium caelesti motui subest & fluxui, ac proinde & primae caelestis motus causae, quae Deus est.

Apertissimum est Aristotelis de diuina providentia testimonium secundo de caelo libro

2. locus.

3. locus.

4. locus.

5. locus. continet apertissimi-

mū de uina prouidentia testimonium.

Annottio Diuina Thomae

6. Locum multo petitiu tinetur nae prouidentia testimonium.

Auerro

Deus tra se hilin git, q lit di intel moti atq; p fecti bene term tiu cunc tame Dilu argu tum ron Aug no.

mū de di
uina pro
uidentia
testimo
nium.

Annota
tio Diui
Thomæ.

6. Locus
multo a
peitij cō
tinet diui
næ prou
identia te
stimoni
um.

Auerroes

Deus ex
tra se ni
hil intelli
git, quod
sit diuini
intellectus
motiuū,
atq; per
fectiuū,
bene tū
termina
tiuū, se
cundario
tamen.
Diluitur
argumen
tum Cice
ronis ab
Augusti
no.

libro cap. 10. cōmento 36. quo loco ait, non fuisse tributum stellis motum per se, quasi futuris ipsa prouidēte natura, in codice græco legitur, *πρὸς τοὺς ἀστέρας τῆς φύσεως*, Nam si astra per se mouerentur, & non motu alterius, ingēte ederent sonum, qui sonus in perniciem cederet eorū quæ sub orbe lunari existunt. Hoc loco sic ait D. Thomas in cōmentario. Datur autem per hoc intelligi sicut Alexander annotauit, Deum habere prouidētiam eorū quæ sunt hic inferius. Nō enim naturæ prout est virtus quædam in corporibus, attribui pōt prouidentia, sed solum per comparationem ad intellectum instruentem, gubernantemq; naturam.

Multo apertius est Arist. de diuina prouidētia testimonium 10. Ethicorum cap. vltimo, quo loco sic ait. Nam si dij curam humanarum rerum habent aliquam, vt certe habent, rationi sane cōsentaneū est, eos delectari re optima, maximeq; sibi cognata. Hæc autem est ipsa mens, in eosq; homines proinde qui maxime mentē amant, ipsamq; colunt beneficia cōferunt, eo quod res illas colant, & curent, quas illi habent charas, & bene, recteq; agāt. Hoc loco annotauit Auerroes id quod supra citauimus, cum ipsius sententias recenseremus.

Certe hæc duo postrema testimonia multū valent ad diuinam circa res humanas atque adeo circa hæc inferiora omnia, prouidentia de mente Aristotelis, confirmandam.

Quo circa locos, quos ex duodecimo primæ philosophiæ libro cōmento. Si, lectione 8. protulimus, censemus cum D. Thoma benigne esse interpretandos. Negat enim Arist. Deū extra se aliquid intelligere, quod sit diuini intellectus motiuū, & perfectiuū, cum quo tamen stat, quod se habeat vt terminatiuū, licet non primario, sed secūdario. Argumenta porro illa iam a libi, nempe d. 35. q. 5. diluimus.

Superest vt argumentum diluamus illud, quo cicero adductus diuinationē, hoc est, præscientiam rerū futurarū deo ademit, & actionum humanarum prouidentia. Augustinus de ciuitate Dei libro quinto cap. 9. & 10. ar-

gumentationis illius negandam esse existimat consecutionem: tum quia & humanæ volūtates, cum sint in causis, sunt enim causarum aliæ fortuitæ, aliæ naturales, aliæ vero libera, & voluntaria, sub diuinæ etiam prouidentia ordine continētur, etenim auctore Augustino, voluntates omnes nō habent potestatem, nisi quam deus illis concedit. Tantū enim valēt, quantū deus eas valere voluit, atq; præsciuit. Et ideo quidquid valent certissime valēt, & quod facturæ sunt ipsæ, cōnino facturæ sunt, quia volituras, atq; facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli non pōt. Non igitur, ait Augustinus, ex ordine causarum, qui præscienti deo certus est, iam efficitur, vt nihil sit in nostra potestate, cū in ipso causarum ordine, magnum habeant locum nostræ voluntates.

Tum secundo, quia quidquid euenit, hoc etiam deus præsciuit. Non enim inquit August. homo peccat, quia deus præsciuit ipsū peccaturum, qui si nolit potest omnino non peccare, idque si faciat, hoc præsciuit Deus. Hoc loco docte, & erudite, in annotationibus super cap. 10 sic ait Ludouicus viues, Nō plus addit necessitatem rebus venturis præscientia Dei, quam præsentibus spectatorum cum sunt. Nam cum video te scribentē, potes ipse non scribere, quod si non scribas, iā te non video scribentē. Porro Deo tam præsentia sunt futura, atque a deo magis, quam nobis ea, quæ vocamus præsentia. Cæterū hac de re iam a libi, nempe d. 35. q. 6. disseruimus, hoc ipsum etiā distinctionis huius q. 5. amplius tractaturi.

Postremo vltimi argumenti dilutio facile perspicietur, ex his, quæ sequenti quæstione sumus tractaturi.

QVAESTIO. 2.

Quid nam sit diuina prouidentia.

AD huc esse diuinam prouidentiam, docuimus, reliquum est vt quid sit exponamus, ac primū quidem iuxta philosophorum placita, deinde vero iuxta decreta, & sententias Theologorum.

Varias

Angusti
nus respō
det ad ar
gumentū
ciceronis

Annota
tio Ludo
uici.

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

Apuleius
diuinā p
uidentia
definit.

Diuina p
uidentia
conserua
rix omni
um.

Secunda
ad mentē
platonis
diuinæ
prouidē
tiæ defi
nitio.

Naturale
est Deo re
bus omni
bus pro
uidere.

Deus nul
la difficul
tate, nul
loque la
bore rebus
omnibus
prouidet

Varias igitur ad mentē Platonis, platonis studiosi de diuina prouidentia tradiderunt definitiones. Apuleius in Dogmate platonis, diuinam prouidentiam, ad mentē platonis sic definiuit. Diuina prouidentia, est diuina sententia conseruatix prosperitatis eius, cuius gratia prouidentia suscipitur. Illa particula, diuina sententia, diuinę legis, diuinęq; cōsiliij immobilitatem, stabilitatemq; declarat, qua efficitur vt cuncta eo modo prorsus eueniant, ac fiant, quo Deus in summa arce residens ea euenire, ac fieri decreuit. Illa particula, conseruatix, significat diuinam prouidentiam ad rerum tutelam, cōseruationem, perfectionemq; nō itidem ad perniciem, & interitum pertinere. Ex quo iam fit quod si mala multa, & damna in orbe eueniant, ea, de mente Platonis, id quod etiam veritas habet catholica, ad vniuersitatis perfectionem & integritatem, ad aliorumq; etiam vtilitatē commodūq; pertineant. Quod iam multa quaestione superiore disputauimus. Verbū illud, prosperitatis, conseruationē significat, integritatem, & perfectionem quam Deus spectat rebus omnibus prouidendo.

Secundam alij, ad mentem Platonis, de diuina prouidentia definitionem attulerūt, in hunc modum. Prouidentia Dei est sua propria bonitas, qua efficitur vt res quęq; in institutum ordinē redigatur, inque suum finē dirigatur. Illa particula, bonitas, significat naturale esse Deo rebus omnibus prouidere, atq; consulere, quemadmodū eidem naturale est, bonum esse. Vnde Proclus primo de theologia Platonis libro ait, si prouidere rebus vniuersis non esset Dijs naturale, neq; illi natura boni essent. Ex quo subinde colligitur, quod quemadmodū Deus nulla difficultate bonus est, vt qui sit suapte natura, & essentia bonus, quemadmodū ignis natura sua calidus, & homo rationis particeps, sic etiā deus nulla difficultate, nulloq; labore, terrarū orbium amplitudini, caelestium corporum immensitati, Mundoq; demum vniuerso prouideat, cunctaq; sine molestia, ac perturbatione procuret, atq; administret.

Id quod Epicurus vel non intellexit, vel cer

te intelligere noluit. Cæterum diuina bonitas tribus modis spectari potest, primo modo prout deus ea bonus est, secundo modo prout per eam res cunctę sunt, & bonę sunt, Nam vt author est Augustinus, quia deus bonus est, sumus. Tertio modo, quatenus per eam res omnes, quę bonę sunt, in fines suos, qui similiter boni sunt, destinantur, atq; diriguntur. Ac sub hac tertia acceptione, & consideratione, diuina bonitas prouidentia nuncupatur, qua scilicet res vniuersas in propostos sibi fines dirigit.

Cæterum illud est magnopere annotandū rerum duplicem esse finem, proprium scilicet & communem. Ac proprius quidē rei cuiusq; ille est finis, ad quē res quęq; prout talis est, proutq; a cæteris distincta, secretaq; est, destinatur. Ita equi finis proprius est hincire, sessorum ferre, Bouis, mugire, arare, plaustrum trahere, & id genus cætera. Communis porro finis est ille, in quē res omnes contendunt institutione naturę, ceu se, corpusq; suū tueri sibi simile procreare ad perpetuitatem consequendam, bonū quod expetunt adipisci, atq; adeo vniuersitatis perfectionē, & integritatē expetere, quam ipsam res omnes quatenus sunt partes mundi, expetunt.

Hoc tamen loco est magnopere annotandum, res omnes ad finem cōmunem per proprium, hoc est, proprias exequendo operationes, contendere. Ad hos fines rem quancq; dirigit author naturę Deus, quę eius directio ipsa est, de sententia platonis, prouidentia. Quę eadem a platonis etiam diffinitur vt esse dicatur, summa rerum ratio in primo motore constituta, cuius interuentu omnia administrantur, & lento, ac suauis quodā gressu, certoq; ordine ad fines suos directa perduntur. A quo ordine neq; deflectūt vnquā, neque possunt deflectere, quę etsi deflectere interdū videantur, nō deflectunt tamen, sed in eum ordinem, quem diuina prouidentia destinauit, necessario incurrunt. Qua de re postea disputabitur. Ac diuinam prouidentiam a Platonis sic diffinitam reperimus.

Contrae
Epicurū.

Diuina
bonitas
tribus mo
dis specta
ri potest.

Rerū fi
nis du
plex, pro
prius v
nus, com
munisal
ter.

Finis cō
munis re
rum omni
um quis
fit.

3. Proui
dentię de
finitio.

Stoici

Zenon
ad men
stoico
de diu
na pro
dentia
finitio
Chrysi
pi defi
tio.

Apud
icos pr
uiden
idem
quod
tum.

Proui
tia sto
rū, A
fatidi

Admi
Arist
prou
tiz c
nitio

2. de
tio.

Deū
ad v
alio
bus
disp
telli

Du
ctat
tor
ran
uili

Zenonis ad mentē stoicorū de diuina prouidentia de finitio. Chryssippi definitio.

Stoici diuinam prouidentiam sic diffinierunt. Prouidentia diuina est ipsa mundi natura, quae est effectrix, consultrix, & prouida utilitatis omnium. Haec fuit olim Zenonis definitio.

Chryssippus hanc nobis exhibuit diuinæ prouidentiae finitionem. Prouidentia, est aeterna rerum à Dijs præordinatio, quae per serie continuatamque causarum colligatiam, ineuitabili necessitate, perficitur. Etenim apud Stoicos, prouidentia idem est quod fatum, iam autem fatum apud Stoicos, motus quaedam est perpetua, continua, ordinata, & ineuitabilis. Vnde Epicurus prouidentiam ab Stoicis positam, ac diffinitam deridens, eam esse dicebat, animum fatidicam, animum quidem, propter aeternitatem fatidicam vero, propter ineuitabilem necessitatem.

Apud Stoicos prouidentia idem est quod fatum.

Prouidentia stoicorum, Anus fatidica.

Ad mentem Arist. i. prouidentiae definitio.

Porro ad mentem. Aristotelis, duas superiore quaestione ad finem, definitiones ex Alexandro protulimus, quarum prior erat huiusmodi. Diuina prouidentia est motus, siue mutationis in res omnes inductio propter aliquem finem. Quam nos finitionem superiore quaestione explicauimus.

2. definitio.

Posterior definitio est haec. Diuina prouidentia est executio propriae operationis ad usum alterius. Pro cuius definitionis explanatione, illud est magnopere annotandum, Deum agere ad usum alterius, trifariam posse intelligi, vno modo perse, & primaria intentione, ad quem modum seruus ea ratione, qua seruus est, ad usum est domini. Domino namque obsequi, & seruire tenetur. Hoc modo instrumenta omnia perse, & principaliter sunt gratia alterius.

Deum agere ad usum aliorum tribus modis disponit intelligi.

Secundo modo non perse, sed per accidens solum, quomodo lapis qui cecidit, ad sessionem alterius forte fortuna accomodatur. Id enim non delapsi lapidis prouidentia vlla, sed casu, & temere effectum est.

Duo spectat pastor in curandis ouibus.

Tertio modo neque perse omnino, sed quodam modo, ad quem modum ouibus pastor prouidere dicitur. Duo namque in curandis, & custodiendis ouibus pastori sunt proposita, vnum ut ouibus sit consultum, alterum ut sibi etiam ex ouibus recte habentibus bene sit. Etenim lacte, & foetu

pascitur, lana tegitur, & ex utroque lucrum, & emolumentum reportat. Ac hoc posterius ex priore, hoc est, ex recta ouium habitudine per pastoris procuracionem, tamque ex causa efficiente proficiscitur, & contra, illud prius, nepe recta ouium habitudine, ex posteriore finis necessitate prouenit. Etenim ut oues, si recte valent, sunt lucri causa, ita lucrum est pastoris finis in grege custodiendo.

Deus igitur cum agat ad usum & utilitatem rerum aliarum a se, non agit primo modo, hoc est perse omnino, & primaria intentione, Nullum enim agens primaria intentione agit ad usum rei ipso agente vilioris. Nam actio agentis perfectio est quaedam, iam autem ad deterius nihil, nisi aut vi, aut inscientia delabatur, quae ipsa cadere in deum non possunt.

Deus ad usum aliorum non agit primaria intentione.

Neque itidem secundo modo Deus agit ad usum aliarum rerum, si quidem is modus agendi prouidentiam tollat potius, quam inducat. Prouidere namque eo modo, casus est potius, & temeritas, quam ratio, ordo, & consilium. Iam vero nihil minus Deo, Deique operibus conuenit, quam casus, & temeritas.

Nihil minus Deo Deique operibus congruit, quam casus, & temeritas.

Relinquitur ut tertio modo deus agere dicatur ad usum rerum, eisdemque prouidere. Ut scilicet deus agat, primaria quidem intentione propter seipsum, secundaria vero propter res quas condidit, quas easdem prouidendo in suo ordine, & gradu constituit, & ad proprios fines dirigit. Efficit enim diuina prouidentia ut res singulae suis officijs functae, suum ordinem in vniuersitate retineant, inque statu suo quoad fieri potest, & incolumitate permanent, ac propriam perfectionem, pro suae naturae ratione, consequantur.

Deus primaria intentione agit propter se, secundaria vero propter res.

Ita fit, ut diuina prouidentia sit ad usum rerum diuina operatio, per quam & in suo gradu, & ordine constituuntur omnia, & tum in proprios, tum in communem finem diriguntur.

Diuina prouidentia.

Hinc iam perspicui potest dilutio illius argumenti, quo aliqui effectum esse volebant non esse prouidentiam, quoniam indignum esse censerent, dominum agere propter seruos. Id siquidem verum est, primaria intentione, non secundaria. Etenim quando domi-

Diluitur argumentum illorum qui diuinam prouidentiam sustulerunt.

Deus res humanas curat, primaque intentione propter suam bonitatem & gloriam, deinde vero ut rebus ipsis bene sit.

Divina providentia est divina ratio per omnia vadens, sap. 8.

Providentia definitio iuxta theologos, & prima iuxta D. Thomam. Ratio.

Providentia actus est intellectus, non voluntatis.

Deus facit omnia summa ratione, & consilio.

nus in servam beneficium aliquod confert, primum quidem honorē suum expetit, deinde vero servi utilitatem. Ad hunc etiam modum Deus res humanas curat primum, hoc est, primaria intentione propter seipsum, hoc est, propter suam bonitatem, & propter suam gloriam, deinde vero ut rebus ipsis humanis bene sit. Ita neque per accidens simpliciter, neque per se simpliciter Deus res humanas curat, sed partim per se, partim per accidens. Nam quæ secundaria intentione fiunt, tum per se, tum per accidens fieri dicuntur.

Sunt qui divinam providentiam definirint, divinam rationem per omnia euntem. Quæ brevissima descriptio cum illa sapientis de divina sapientia sententia congruit, Attingit a fine usque ad finem, & disponit omnia suaviter.

Exposuimus varias a philosophis traditas, de divina providentia definitiones, superest ut exponamus eas, quas nobis theologi tradiderunt.

Divus igitur Thomas 1. p. q. 22. art. 1. ad finem, hanc nobis tradidit divinæ providentiæ definitionē. Divina providentia est ratio ordinandorum in finem. Huius definitionis singulæ particulæ sunt expendendæ, & declarandæ. Illa igitur particula, ratio, duo nobis declarat, illud est prius, divinam providentiam actionē esse intellectus, non voluntatis. Vnde & Græce dicitur, *πρόνοια*, voce composita, ex *πρό*, quod est, præ, siue ante & ex *νοεω*, quod est, intelligo, quasi præintellectio, ut significaretur providentiam esse actum intellectus, non voluntatis, & res ipsas curandas, & administrandas ipsa æternitate antecedere.

Secundo significatur illa particula, nihil provide fieri, quod non summa ratione, & intelligentia fiat. Deus enim omnia quæ facit, non temere, aut fortuito facit, sed summa ratione & consilio: a nobis ut incomprehensibili, sic etiam inexplicabili. Vnde Psal. 103 dicitur, Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, hoc est, summo consilio, summa ratione, & prudentia. Quam rationem tametsi assequi, non possimus, non tamen non esse nobis est

dubitandum. Quocirca eos labi cū D. Thoma. 3. contra Gent. cap. 97. maxime existimamus, qui effecta Dei omnia referunt, ad divinam voluntatem simplicem, hoc est, excludendo rationem, dicentes, hoc vel illud effici, quia Deus sic voluerit, & hic sistunt, neque putant voluntatis Dei exquirendam esse causam aliquam, cum tamen determinationem divinæ voluntatis antecedit divinam intelligentiam, divinamque ratio, & quædam quasi consultatio, per quam Deus singula sapientissime expendit pro ratione loci, temporis, & opportunitatū, & quod exquisitissimo, & sapientissimo suo iudicio videt huic aut illi expedire, aut totius orbis integritati, & perfectioni, aut reipub. christianæ saluti & cōservationi congruere, hoc eligit, hoc vult, hocque iubet fieri, aut certe fieri permittit. Vnde Paulus ad Ephesios scribens ait, Deum operari omnia secundum consilium voluntatis suæ. Non voluntate solum, & imperij potestate ait deum facere omnia, sed cōsilio, ac iudicio, cui se conformat divina, ac præpotens voluntas. Dicitur etiam sap. 11. Deum fecisse omnia in numero, pondere, & mensura. Id quod ad rationem, & sapientiā pertinet operantis. Dicitur præterea (ordinandorum) cum ut intelligatur, divinam providentiam non esse de præsentibus, aut præteritis sed de futuris, tum nihil posse ab ordine divinæ providentiæ decidere, sed cuncta in ordinem per divinam providentiam redigi, in eoque permanere. Vnde Augustinus in libro de libero arbitrio cap. 6. ait, Neque vlla vis, vllus casus, vlla rerum labes effecerit, ut iustum non sit omnia esse ordinatissima.

Postremo dicitur in finem, tum quia providentia non est de fine, sed de iis quæ ad finem diriguntur, tum quia hoc agit divina providentia, ut singula finem, ad quem per divinam providentiam diriguntur, consequantur. Iam enim diximus, nihil posse ab eo ordine deflectere, quem divina providentia constituit. Id quod verum est, quod attingit ad finem vniuersalem, non tamen particularem. Etenim, ut est apud Divum Thomam de ver. q. 6. art. 3. res possunt deficere a fine

Ephes. 1.

sap. 11.

Nihil potest ab ordine divinæ sapientie discedere

Augustinus.

In finem.

Res possunt deficere a fine particulari, non tamen a fine vniuersali.

Definitio Boethij. Diuina uident non esse rebus quæ cadunt pro uidentiam, in ipso uident

a fine particulari, ceu vis membrorum efformatrix interdum deficit a perfecta membrorum formatione, ad quam a natura est ordinata, sed tamen defectus ille diuinitus est ad finem aliquem ordinatus. Verum hac de re postea latius differemus.

non faciāt, in aliū ordinē dilabuntur, vt s. in eis volūtas dei fiat. Ita nihil pōta diuinæ prouidentia ordine discedere. Merito ergo dicitur in definitione, per diuinā prouidentia cūcta disponi. Quā nos dispositionē utcūq; exposuimus quæstionē superiore.

Definitio Boethij:

Extat huic, quam nobis D. Thomas exhibuit, diuinæ prouidentia definitioni, similis altera apud Seuerinum Boethium 4. de consolatione libro, prosa 6. quæ ita habet. Prouidentia est ipsa diuina ratio, in summo omnium principe constituta: quæ ad finem suum cuncta disponit.

REFUTATIO DEFINITIONIS POSITÆ A D. THOMA.

Contra definitionem D. Thomæ obicit Aureolus, vt refert capr. 1. d. 39. q. 1. in hunc modū, prouidentia nō est id quod prouidetur, imo vero est actus ipsius prouidentis, sed ratio ordinis rerū est id quod Deus in rebus prouidet, ergo prouidentia nō est ratio rerū ordinandarū in finē, sed potius actus prouidentis. Prouidentia siquidē verius dici debet actio prouidentis, quam ratio ordinis in rebus ipsis prouisis.

Aureolus refellit de finitionē traditā a Diuo Thoma.

diuina prouidentia non est in rebus quæ cadūt sub prouidentiam, sed in ipso prouidente.

Ex hac Boetij descriptione cum elegantissima, tū explicatissima multa intelliguntur. Illud est primum, prouidentiam nō esse actionem diuinæ volūtatē, sed diuini intellectus, est enim ratio ordinandorum in finem.

Præterea, si prouidentia est ratio ordinandorum in finem, prouidentia autē certa est, vt diximus in explanatione definitionis tã Diui Thomæ, quā Boetij, & postea latius explicabimus, sequitur vt tam finis ipse, quā ea quæ sunt ad finem de necessitate eueniant.

Secundo intelligitur, diuinam prouidentiam nō esse in rebus, quibus prouidetur, nisi per quandam sui diffusionem, sed in Deo ipso, in quo eodē ratio illa quæ prouidentia dicitur, constans permanet, & ab eo tanquam a causa efficiente ordo ille qui in rebus ordinatis cernitur, perpetuo emanat, atq; derivatur, & rursus in eundem tanquā finem recurrit.

Postremo nō videtur recte à nobis dictū, cū illam particulā in definitione positā explanaremus, (nēpe ratio) diuinā prouidentia actum diuinæ volūtatē antecedere, tum quia diuina prouidentia respiciat futura, quæ que in tempore gerenda sunt, iā autē hæc ipsa a diuina voluntate pendent, nō ab intellectu immo vero harū rerū cognitio cōsequitur de terminationē diuinæ volūtatē, vt iam alibi docuimus.

Tertio illud intelligitur, effectum diuinæ prouidentia esse rerum ordinem, & dispositionē, perquam & res singulæ suos fines expetunt, ad eosq; pro ratione suæ naturæ contentunt, & in suo quæq; gradu & ordine collocantur, in eoq; persistūt.

Tum quia diuina prouidentia videtur importare executionē ordinis excogitati, dicitur. n. in definitione tradita a Boethio, diuinā prouidentia esse rationē, quæ ad finē suū cuncta disponit, sed omnis dei executio est per diuinā volūtatē, imo vero potentia executiua dei, est ipsamet voluntas Dei: igitur ect.

diuinæ prouidentia sunt oia. Dionysio

Quarto intelligitur, diuinam prouidentia cuncta complecti, nihilq; in vniuerso extarre, quod sit expers diuinæ prouidentia. Vnde magnus Dyonisius quarto cap. de diuinis nominibus sic ait, εἰς παντα τοις οὐσις ἡθεια πρόνοια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπρονοήτου, Id est, omnia diuinæ prouidentia subsunt, neq; est in rebus aliquid nō prouisum. Diuus etiā

Tum postremo, quia diuina litera effecta dei omnia diuinæ volūtatē attribunt, tanquam primæ causæ, Dicitur enī in Psalmis, omnia quæcūq; voluit fecit. Itē Iob. 11. Quis dicere ei potest cur ita facis? Item Paul. ad m Ephes.

Boethius

Seuerinus hoc loco ait. Ordo quidem cuncta complectitur, vt quod ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc idē in alium ordinē relabatur, ne quid in regno prouidentia liceat temeritati. Quæcirca D. Thomas de verit. q. 5. art. 7. ait. Mali dum ab vno ordine diuinæ prouidentia exeunt, vt s. volūtatē Dei

Thomas.

Psal. 119.

Iob. 11.

m Ephes.

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

Ephes. 1.

Augustinus de trinitate lib. 3. cap. 3.

Ephes. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Vnde Augustinus 3. de Trinitate cap. 3. Non nisi Dei voluntas causa prima est sanctitatis & aegritudinis, premium, atque poenarum, gratiarum, & retributionum. Videtur igitur in Dei voluntatem omnia effecta esse referenda, in eaque ultimo esse sistendum. Contra quod diximus cum definitionem explanaremus.

DILVTIO OBJECTIONUM.

Ordo diuinae prouidentiae effectiue & causaliter est in deo, terminatiue vero, est in rebus ordinatis & prouisis.

Ratio rerum ordinandarum in fine habet rationem prouidentiae prout est in deo prouidente, non autem prout est in rebus prouisis.

Prouidentia non est ipsa dei intellectio, sed effectus diuinae intellectio-

AD primam ex Aurelo refutationem facile respondetur. Dicimus enim rationem ordinis reperiri cum in ipso prouidente, tum in rebus prouisis, in prouidente quidem tanquam in causa efficiente, & rationem ordinis excogitate, in rebus vero ipsis, terminatiue, terminatur enim illa ordinis ratio ad res ipsas ordinatas, resque ipsae prout prouisa ordinem illum participant. Sed quares, cum illa ratio ordinis cum in ordinante, tum in rebus ipsis ordinatis perspicitur, unde habet illa ratio quod sit prouidentia, utrum prout est in rebus ordinatis, an contra prout est in ipso ordinante Deo? Respondet Capreolus loco citato, illam rationem esse prouidentiam prout est in prouidente, non autem prout est in rebus prouisis. Et iuxta hanc repositionem, haec est definitionis explicatio. Prouidentia est ratio in diuina mente constituta, per quam res ordinantur in finem. Vel sic, Prouidentia est ratio ordinis diuina mente excogitata, per quam res in finem ordinantur. Ita iuxta hanc interpretationem, prouidentia non est ipsa Dei intellectio, sed effectus potius diuinae intellectio, ac proinde ratio prouidentiae per prius conuenit illi formae excogitatae per actum intellectus, quam ipsi actui, imo vero actus diuini intellectus, interuentu talis formae, est prouidentia. Hinc intelligitur prouidentiam ad cognitionem practicam pertinere, ut quae importet directionem, & ordinationem rerum in finem.

Ad 2.

Ad 3.

Ad secundam dubitationem respondetur quaestione vltima.

Quod vero ad tertiam dubitationem attinet

pro eius explicatione ponimus aliquot propositiones de mente D. Thomae ex 3. contra Gentes cap. 97. prima igitur propositio est huiusmodi. Diuina voluntas est prima, & fundamentalis omnium causa. Nam quod res in esse producat, hoc prouenit ex eo, quia Deus velit bonitatem suam rebus communicare, ipsamque per creaturas representari, quoad est possibile creaturis.

Secunda propositio. Sic voluntas Dei est prima rerum omnium causa, ut interim non excludat alias causas proximas: ad quas proxime effecta reuocantur. Neque hoc prouenit ex insufficientia diuinae voluntatis, sed ex ordine diuinae sapientiae, quae sic statuit ut effecta ex alijs et causis puenirent, ut hoc pacto faciendi dignitas creaturis communicaretur. Hinc iam colliguntur nonnulla, illud est primum, non esse superuacaneum cum Dei voluntate alias etiam causas rerum exquirere. Esset autem superuacaneum, si aliae causae quaererentur ut primae, & non dependentes a diuina voluntate, & sub hoc sensu intelligenda sunt illa Augustini verba 3. de trinitate. Placuit vanitati philosophorum alijs causis effectus contingentes tribuere, cum omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam, hoc est, diuinam voluntatem.

Secundo hinc colligitur, quod si quis quaerenti quare lignum calefactum sit ab igne, & respondeat, quia Deus voluit, apte quidem illud respondere, si intendit quaestionem propositam ad primam, & communem omnium causam referre, secus si intendat omnes alias causas medias excludere. Etenim lignum calefactum est ab igne, quia calefactio est propria actio ignis, calefactio vero est propria actio ignis, quia calor est proprium accidens eius, calor porro consequitur propriam formam, propria vero forma, consequitur suae cuiusque rei perfectionis mensuram, quae ipsa ex simplici voluntate dei pendet. Et hic sistitur.

Tertio colligitur errare eos, qui dicunt omnia simplicem voluntatem dei consequi sine ratione, apud quos nulla ratio est, quia ignis calefaciat, & non infrigidet, nisi quia Deus ita vult.

Diuina voluntas est prima & fundamentalis causa. Vide Augustinum de trinitate cap. 3. 4. Diuina voluntas non excludit causas medias.

Corollarium 1.

Corollarium 2.

Corollarium 3.

Ter-

Diuina uident est alio ratio in finem

Prima uidentio est uina nitas

Ex diuina boni ortu buitur ar duct

Prob

sap

Diuina boni non girari tur exit am

Diuinę providentię est aliqua ratio quę in fundamentū, & radicē habet in diuina voluntate.

Prima diuinę p[ro]videntię ratio est diuina bonitas.

Ex diuina bonitate ortū habuit creaturarū p[ro]ductio.

Prob. 3. Dominus sapientia fundavit terrā, stabilivit autē celos prudentia, sapientia ipsius eruperunt abyssi. Item Sap. 11. omnia in mensura & numero, & pondere disposuisti domine.

sap. 11. Posterior pars cōclusionis hinc patet, quia etsi deus necessario suam diligat & amet bonitatem tanquā finem, non tamen illud est necessarium vt creaturas velit ad se relatas tanquā media ad finem, cum ille finis possit esse perfectissime sine illis medijs ad se ordinatis, neq[ue] etiam est necessariū vt velit bonitatem suam cū creaturis cōmunicari, quo ip-

sus perfectio per easdem representetur, cū sine huiusmodi representatione diuina bonitas sit perfecta, ex quo fit subinde vt diuersarum creaturarū in diuersis gradibus, formarū, accidentium, & actionum procreatio ex simplici dei voluntate p[er]deat, ac proinde ratio diuinę p[ro]videntię sumatur ex suppositione diuinę voluntatis.

Hinc iam perspici potest responsio ad ea quę tertio loco sunt obiecta. Dicimus enim omnem diuinę p[ro]videntię rationē pendere radicaliter, & fundamentaliter ex diuina voluntate, per quam deus voluit cōmunicare suam bonitatem creaturis, ex qua Dei voluntate tanquam ex causa primaria, sequitur ex cogitatio rationis rerum ordinandarū in finem, quā ipsam diuinę voluntati p[ro]positā diuina dei voluntas acceptat, opere, & effectu complendam. Ita a diuina voluntate initium sumitur, & tandem ad eandē vt acceptantem diuinum, vt ita loquamur, consilium devenitur. Et ita patent omnia.

QVAESTIO. 3.

Vtrum providentia sit idem quod Fatum?

Fatū explicanda est vis omnis & potestas huius nominis. Fatum igitur tribus modis accipi cōsuevit vno modo vt idem sit quod vis quadam, & dispositio syderum atq[ue] constitutio, sub qua homo concipitur, & nascitur, per quam tanquā per causam, cui directe voluntas humana subditur, de moribus hominum, actionibus, & euentis iudicatur. Hanc fati significationem, siue acceptionem posuit Augustinus quinto de ciuit. dei lib. cap. 1. sic aiens, fatum homines quando audiunt, vsitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi vim passionis syderum, qualis est quando quis nascitur, siue concipitur, ex qua iudicium sumitur de hominum factis & euentis, idque certissimum. In hac syderum vi & constitutione fatum esse positum Platonem a to

Hinc iam perspici potest responsio ad ea quę tertio loco sunt obiecta. Dicimus enim omnem diuinę p[ro]videntię rationē pendere radicaliter, & fundamentaliter ex diuina voluntate, per quam deus voluit cōmunicare suam bonitatem creaturis, ex qua Dei voluntate tanquam ex causa primaria, sequitur ex cogitatio rationis rerum ordinandarū in finem, quā ipsam diuinę voluntati p[ro]positā diuina dei voluntas acceptat, opere, & effectu complendam. Ita a diuina voluntate initium sumitur, & tandem ad eandē vt acceptantem diuinum, vt ita loquamur, consilium devenitur. Et ita patent omnia.

QVAESTIO. 3.

Vtrum providentia sit idem quod Fatum?

Fatū explicanda est vis omnis & potestas huius nominis. Fatum igitur tribus modis accipi cōsuevit vno modo vt idem sit quod vis quadam, & dispositio syderum atq[ue] constitutio, sub qua homo concipitur, & nascitur, per quam tanquā per causam, cui directe voluntas humana subditur, de moribus hominum, actionibus, & euentis iudicatur. Hanc fati significationem, siue acceptionem posuit Augustinus quinto de ciuit. dei lib. cap. 1. sic aiens, fatum homines quando audiunt, vsitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi vim passionis syderum, qualis est quando quis nascitur, siue concipitur, ex qua iudicium sumitur de hominum factis & euentis, idque certissimum. In hac syderum vi & constitutione fatum esse positum Platonem a to

Respōdetur addifficultates tertio loco p[ro]positam.

Fatū accipitur tribus modis.

Fatum 1o modo.

Augustinus.

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA:

Plato.
Stoici.

co, Stoici, & omnes philosophi, Chaldeos, & Aegyptios secuti existimauerunt, quibus eisdem vniuersa Mathematicorum turba suffragata est

Mathematici.

Ceterum eodem Augustino auctore, loco citato, quidam vim huiusmodi positionis, & constitutionis syderum diuinæ voluntati omnino subtraxerunt, ita ut citra dei voluntatem, sydera ipsa decernant quid agant homines, quidue aut boni consequantur, aut mali subeant, & perferant. Sunt autem hi qui vim diuinam aut omnino sustulerunt, aut certe Deos res humanas curare negauerunt.

Augustinus

Vnde superiori loco Augustinus de hac opinione & sententia decernens sic ait. Hæc opinio quid agit aliud, nisi ut nullus omnino colatur, aut rogetur Deus? Hæc fuit olim veterum pœtarum opinio. Nam apud eorum principem Homerum lamentatur Iuppiter, quod charum sibi filium Sarpedona, quæ fata non cogere, eripere a morte non posset, & Neptunus queritur, quod reditum Vlyssis in patriam non possit impedire, ut Cyclopem filium, cuius oculum Vlysses effoderat, vlcisceretur, quoniam fati decretum erat, illum in Ithacam rediturum. Vnde apud Ovidium idem Iuppiter ait, tu sola in superabile fatum, Nata mouere putas?

Pœtarum de fato ex istimatio

Ouidius

Alij vero eam vim sic stellarum constitutioni attribuerunt, ut interim eam pendere ex diuina voluntate confirmauerint. Id vero auctore Augustino potest intelligi duobus modis, vno modo ut hanc vim, & potestatem sydera acceperint traditam sibi a summa illa dei potestate, altero modo ut in huiusmodi necessitatibus imponendis, dei ipsius iussa compleantur. Contra priorē sensum sic argumentatur Augustinus loco supra citato. Si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi à summa illa dei potestate, ut volentes ista decernant: magnam cælo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente, fuerat evertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur, quibus celestis necessitas adhibetur, cum dominus ille sit

Inuenitur Augustinus contra primam fati acceptionem.

& syderum, & hominum?

Contra posteriorem vero sensum sic argumentatur Aug. Aut si non dicunt stellas accepta quidem potestate à summo Deo, arbitrio suo ista decernere, sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere, ita ne de ipso deo sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire?

Sunt qui putauerint astra non facere aut cogere, sed significare dumtaxat ea quæ sunt futura, ut quasi locutio, siue prædictio sit illa positio & constitutio syderum, non causa. Ut verbi gratia sic dicatur. Mars ita positus homicidam significat, non facit. Id quod sensit Origenes super Genesim. 1. explanans illa verba, Fiat luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Hoc loco ait Origenes astra significare, non causas esse. Sunt enim inquit, velut apertus quidam liber, omnia futura in se scripta continens, qui liber legi ab humanis ingenijs nulla vi potest. Sed siue faciant, siue denuncient rerum euentia, quid refert, inquit Seneca, providere, quod vitare non possis!

Astra non causant, neque cogunt, sed significant solum euentia hominum.

Origenes

Seneca.

Secundo modo accipitur fatum, non pro syderum constitutione, sed pro serie nexuque causarum, quo fit ordine quod fit, eumque alij diuinæ voluntati tribunt, alij vero subtrahunt, atque subducunt, imo vero ne in voluntate aliquam rationalem ordinem illum causarum relatam esse volunt. Vnde Aug. loco supra commemoratio sic ait. Causa ergo magnitudinis imperij Romani, neque fortuita est, neque fatalis, secundum eorum sententiam, qui ea dicunt esse fortuita, quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine puenientes, ea vero fatalia, quæ præter dei, & hominum voluntatem, cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Ita iuxta hanc secundam acceptionem, Fatum est ordo, seriesque causarum, vel in diuinam voluntatem reducta, vel præter ipsam eueniens. Hæc posterior acceptio est omnino improbabilis, Nam quod sint aliqua causa diuinæ voluntati non subdita, omnino est improbabile. sic enim fieret, ut non solum illæ causa dominarentur libero hominis arbitrio, sed neque omnino vllum producerent effectum, ut constat ex vera philosophia. Porro de priorē acceptione non multum putat

Fatum illo modo.

Augustinus.

Fatalia a-pud quosdam, quæ dicatur.

Impossibile est esse causas aliquas diuinæ voluntati non subditas

labo-

Augustinus.

Fatum pud philosophum quid.

Cicero

Chrysostomus.

Bellius

Fatum modo.

Augustinus.

Seneca.

Augusti-
aus. laborandum Augustinus quinto de ciuit. dei libro cap. 8. quo loco sic ait. Qui vero nō aſtrorum conſtitutionem, ſicuti eſt, cum quid que cōcipitur vel naſcitur vel inchoatur, ſed omniū connexionem, ſeriemque cauſarum, qua fit omne quod fit, fati nomine appellant, non multum cum eis de verbi controverſia laborandum atq; certandum eſt: quādoquidem ipſum cauſarū ordinem, & quandam connexionem, Dei ſummi tribuunt poſtati & voluntati, qui optime & veraciſſime creditur, & cuncta ſcire antequam ſiant, & nihil inordinatum relinquere, a quo ſunt omnium poteſtates, quamuis ab illo nō ſint omnium voluntates.

Varum a-
pud phi-
loſophos
quid.
Cicero. Hoc modo Philoſophi omnes fatum deſinierunt, vt illud eſſe dicerent, ordinem, ſeriemq; cauſarū inter ſe connexarū ex diuina voluntate pendentem. Quocirca Cicero 1. de diuinatione libro, fato omnia fieri conten dens, fatum ipſum ſic deſinit. Fatum autem id appello quod Græci *ἡμαρμέτις*, id eſt, ordinem, ſeriemq; cauſarum, cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna.

Chryſip-
pus. Chryſippus apud Gelliū libro ſexto cap. 2. fatum ſic deſinit, vt illud eſſe dicat, Natura lē rerū omniū iam inde ex æternitate ordinati onem, alijs ex alijs conſequentibus, & ſubinde naſcentibus, idq; immutabili exiſtēte hu iuſmodi complicatione.

Gellius. Idem Gellius de mente Chryſippi fatū ſic deſinit, fatum eſt ſempiterna quædā, & inde clinabili ſeries rerū, & catena, voluens ipſa ſe ſe per æternos conſequentiæ ordines, ex quibus apta connexaq; eſt.

Fatum 3.
modo.
Augusti-
aus. Tertio modo accipitur fatū pro ipſa immu tabili Dei volūtate, quā acceptionē nobis tra didit Augustinus 5. de ciuit. dei cap. 8. ſic in quiens de ſentētia ac mente aliquorū. Ipſam itaq; præcipue dei ſūmi voluntatē, cuius pote ſtas in ſuperabiliter per cuncta porrigitur, fa tū eos appellare ſic probatur. Annei Seneca ſunt, niſi fallor, hi verſus.

Seneca
carmen.
Due me ſūme p̄r, alti dominator olympi,
Quocūq; placet, nulla parendi mora eſt.
Aſſū impiger, fac nolle, comitabor gemēs,

Malusq; patiar facere, quod licuit bono.
Ducunt volentē fata, nolentem trahunt.
Hoc, inquit Augustinus, vltimo verſu euidētiſſime ea fata appellauit, quā ſupra dixerat, ſummi patris voluntatē. Hinc effectū eſt vt Stoici, deū ipſum, quē vnum eſſe fatebātur, fa tum appellandū cenſuerint. Quorū ſentētiā ſecutus Seneca, de deo loquens tertio de be neficijs libro, ſic ait. Hunc eundē & fatum ſi dixeris, non errabis. Namq; fatū nihil aliud eſt, quam ſeries implexa cauſarū, iam autem ille eſt prima omnium cauſa, ex qua cætera pendent.

Hæc eſt huius nominis vis omnis, & pote ſtas, ex cuius explicatione tres Fati celebres deſinitiones colliguntur. Prima eſt Mathema tiorum, quæ ita habet. Fatū eſt vis quadā po ſitionis, & cōſtitutiōis ſyderū, de factis homi nū & euentis, immutabili ſentētia decernēs.

Secūda eſt philoſophorū, quæ ita habet. Fa tū eſt indeclinabilis ordo, cōnexioq; cauſarū in diuinā voluntatē relata, qua effectus qua dam neceſſitate proueniunt.

Tertia eſt huiusmodi, fatū eſt immutabilis dei voluntas, ſiue executio diuini conſilij. Cæ terum Augustinus de ciuit. dei libro 5. cap. 1. minus proprie ait fatum appellari ipſam dei ſummi voluntatem. Sic enim ait. Proſus di uina prouidentia regna conſtituuntur huma na, quæ ſi propterea quiſquā fato tribuit, quia ipſam Dei poteſtatem, ſiue voluntatē fati no mine appellant, ſententiam teneat, linguā cor rigat. Quibus verbis inſinuat Augustinus mi nus proprie dei voluntatē fatum appellari.

Nobis placet fati nomine duo contine rit, vnū cauſaliter, alterū eſſentialiter. Cauſa liter quidē importat ipſam dei volūtate, ſiue prouidentia, eſſentialiter vero & formaliter importat diſpoſitionē quandā, ſeriemq; cauſa rum, quas diuina voluntas ſiue diuina mens adhibet ad explendos effectus diuinitus pro uiſos, & præordinatos. Quocirca fatum deſi niri poteſt duobus modis, vno modo comple te, & ſic in deſinitione ponetur tā id quod for male eſt, quā id quod cauſā cōtinet, in hunc modū, fatū eſt ordo, ſeriesq; cauſarū ſecūdarū ex diuina volūtate depēdēs, & hoc posteriore

Seneca.

1. Fati deſinico iuxta Ma thematicos.

2. Deſinico iuxta philoſo phos.

3. Iuxta Theolo gos, quæ ipſamini propria eſt.

Augusti nus.

Opinio authoris

Fatum de formali importat cauſarum ſeriem, cau ſaliter v ro diuina volū tatis diſpo ſitionem.

1. Fati cō pleta deſinico.

m 3 comple-

DIS'TINCT 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

completur ratio fati. Nō enim series siue ordinatio causarū secundarū habet rationē fati, nisi quatenus a deo dependet, hoc est, quatenus diuinæ volūtati, & præordinationi subiiciuntur, vt annotauit D. Thom. 1. p. q. 116. ar. 2. ad 1. annotauit etiā Egid. 1. d. 39. ar. 2. q. 2. Pōt etiā fatum sic definiri. Fatū est ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos explendos.

Porro incōplete definitur fatū cum per alterū horū definitur, scilicet aut per diuinā volūtātē, veluti si dicatur, fatū est diuina volūtas immutabilis, vel sic, fatū est diuina præsciētia, & quædā prælocutio. Fatū enī dicitur a fando, ob id scilicet quia quæ aguntur ōnia, sunt per diuinā prouidentia ordinata, & quasi prælocuta.

Potest etiā fatū definiri per causas ipsas secundas diuini cōsiliij executrices, in hunc modum. Fatū est ordo, seriesq; causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat.

Quoniam vero Fati nomine cōtinetur causarum series non secundū se accepta, sed prout est à diuina prouidētia definita, atq; cōstituta, hinc fit vt fatū, siue fatalis ordo causarum dūo sibi vendicat, nēpe aternitatē, & immutabilitatē. Etenim diuina voluntas cū sempiterna est & immutabilis, tū ordo diuinæ prouidentia, ex quorū utroq; fatū proficiscitur.

Est igitur fatum ineuitabilis ordo nexusq; causarū, ex quibus effecta de necessitate proueniunt. Quæ ineuitabilitas ortū habet ex diuina voluntate, & præsciētia. Hinc iā multā intelliguntur. Illud est primum, errare eos maxime, qui sublata habitudine ad diuinam prouidentia, voluntatē, & præsciētia, causarū connexioni necessitatē attribuerūt, vsq; a deo vt effecta ex talibus causis prouenirent necessario, etiā præter dei voluntatē. Ex qua falsa opinione, & sentētia ille versiculus profectus est. Quod fore paratū est, id summū exuperat louem. Quam opinionē poetarū fuisse diximus, tres enim Deas necessitatis filias posuerunt, quas Parcas appellauerūt, quibus eisdē neq; ipsos Deos immortales posse resistere putauerunt. Id quod satis cōstat ex ijs, quæ supra ex Homero cōmemorauimus.

Secundo intelligitur, fatum esse immobi-

le, & ineuitabile, eamq; immobilitatē, ineuitabilitatēq; consequi ex diuina prouidētia cui subest: siue ex diuina voluntate ex qua depēdet. Quocirca Plato intelligens dei voluntatē, & diuinam ordinationē esse immutabilem, potestremo de repub. libro scriptū reliquit, nulla vi, nulla ratione nullaq; arte effici posse, quominus ea quæ diuinitus definita, & constituta sunt, & eo modo prorsus quo constituta, & decreta sunt, perficiantur. Vnde illud est ab ipso usurpatum, necessitati neq; Deos quidē ipsos resistere, vt pote quia deus nō mutetur, iuxta illud, Ego Deus, & nō mutor: & illud, consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Ex quo iam intelligitur magno errore eos fuisse lapsos, qui putauerunt fata sacrificijs flecti posse, quo in errore fuisse Aegyptios ferunt. De quorum sententia, & opinione in Catilinam dixit Cicero, nisi Dij immortales ōni ratione placati, prope fata ipsa flexissent. Idem tamen Cicero accommodate ad philosophiam loquens in libro de diuinatione ait. Mutari fata non possunt, & iterum eodem loco ait. Si flecti potest, iam non est fatum: vsq; adeo sibi fatum immobilitatem, & inflexibilitatem vendicat.

Tertio hinc intelligitur, non omnia fato esse subiecta. Nam si fatū est ordinatio secundarum causarū diuina prouidentia constituta, ad effectus explendos diuinitus constitutos, atq; præuisos, sunt autē multa quæ causalitati & efficiētia non subsunt, cuiusmodi sunt ea quæ fiunt ab ipso deo immediate ceu creatio rerū, glorificatio substantiarū spiritaliū, & huius generis alia multa, relinquuntur vt non omnia fato subdātur. Ex quo subinde efficitur, vt quanto aliquis effectus magis subest causis secundis, tanto maioribus fati nexibus implicetur.

Quarto hinc intelligitur, fatum subiectiue esse in rebus creatis. Nā si fatum est ordo, siue series causarū diuinæ prouidentia in seruientium, siue illæ causæ sint celestes, siue elementares, siue intelligibiles, & immateriales, vt Angeli, & Dæmones, sequitur omnino vt fatum insit in ipsis causis creatis, vnde Boetius fatum esse ait, in hærentem re-

Fatum est immobilitate & inflexibile.

Plato.

Malach. 1.

Isai. 46.

Cicero.

Non oīa Fato sunt subiecta.

Fatum est in rebus tanquam in subiecto.

2. Fati cōpleta definitio.

1. Fati incompleta definitio.

Fatum dicitur a fando.

2. Fati incompleta definitio.

Fati proprietates colliguntur.

Fatū ineuitabile.

Errāt qui sublato ordine ad diuinā voluntatem & præsciētia, causarum connexioni necessitatem attribuerunt.

Boetius 4. de consol.

Discrimina inter fatū, & prouidentiam.

Boetius

3. Discrimina

3. Discrimina

Boetius

Boetius
4. de con
sol.

bus mobilibus dispositionē, per quam diuina
providentia, suis quæcunq; necit ordinibus.

Discrimi
na inter fa
tū, & pro
videntiā

Ex his quæ deduximus, tanquam eorum,
quæ de Fato diximus consequentia, facile
intelligi potest, quid inter providentiam, &
fatum intersit. Hoc igitur primū fatum a pro
videntia differt, quoniā diuina providētia est
in principe omniū causa, at fatum est in ip
sis causis secundis. Etenim ut docet D. Tho
mas. 1. p. q. 116. art. 2. ordo, siue ordinatio
causarum potest spectari duobus modis, vno
modo quatenus in ipso deo cernitur, ac hoc
modo est aliud nihil quā providentia. Nam
ut iam supra diximus providentia est ratio
rerū ordinandarū in finem in diuina mente
existens. Altero modo potest considerari illa
ordinatio prout cernitur in ipsis causis secū
dis a deo ordinatis ad aliqua effecta. Hoc dif
ferentiam explicavit Boetius 4. de cōsolatione
libro, cū ait. Providentia est diuina ratio in
summo omniū principe constituta: quæ cun
cta disponit. Fatū vero est in hærens rebus
mobilibus dispositio, per quam providentia
suis quæcunq; necit ordinibus.

Boetius

Secundo differunt, quia diuina providētia
habet rationem vnitatis, fatū vero habet ra
tionem pluralitatis. Etenim omnes rerū geren
darum & administrandarū rationes in vna
summa ratione in diuina mente constituta
continentur. At eadem vna & summa ratio
in rebus explicata, & digesta quodā modo,
atq; distributa, fatum appellatur, ut ait Boe
tius loco superiore

2. Discrimi
men.

3. Discrimi
men.

Differunt tertio, quoniā diuina providētia
omnia cōplectitur, At fato illa duntaxat sub
duntur, quæ efficiētia, & causalitati subsunt
secundarū causarū. Ex quo fit subinde ut quæ
fato subsunt, diuinæ quoq; providentiæ subij
ciantur, nō contra. Hoc ipsum etiam docet
seuerinus loco supra citato, ita in quies. Om
nia quæ fato subsunt, providentiæ etiā subie
cta sunt, cui ipsū etiam subiacet fatū. Quædā
vero sub providētia sunt locata, quæ fati seriē
superant. Nam ea quæ sunt primæ diuinitati
propinqua stabiliter fixa fatalis ordinē mo
bilitatis excedunt.

Boetius

Differunt quarto, quia fatū ex diuina pro

vidētia pendet, & in eam reducitur. Etenim,
authore Boetio, ordo fatalis ex diuinæ provi
dentiæ simplicitate procedit. Quæadmodū
enim inquit artifex rei faciendæ formā mēte
percipiens mouet operis effectū, & quod sim
pliciter prospexerat, per temporales ordines
ducit, ita deus providētia quidē singulariter
stabiliterq; disponit, fato vero hæc ipsa quæ
disponit, multipliciter, ac tēporaliter admini
strat. Hinc iā duo intellige, illud est prius, nē
pe fatū esse effectū diuinæ providentiæ, post e
rius est illud, fatū esse nihil aliud, quā ipsam
diuinæ providētiæ rationem temporaliter ex
plicatam, & administratam.

4. Discrimi
men.
Boetius.

Fatū est
ipsa diuī
næ provi
dentiæ ra
tio tēpo
raliter ex
plicata &
admini
strata.

Ex quo iam ortū habet quintū inter provi
dentiā, & fatū discrimen, nēpe quod providē
tia sit immōbile quiddā, & stabile, at fatū sit
mobile quiddā: quā mobilitatē contrahit ex
rebus mobilibus, in quib⁹ inhæret. Vnde Boe
tius 4. de cōsolat. sic ait, quod est ad intelle
ctū ratiocinatio, ad æternitatē tēpus, ad pun
ctū mediū circulus, ita est fati series mobilis
ad providentiæ stabilem simplicitatem.

1. Discrimi
men.

Porro cū dicitur fatū esse immōbile, & ine
uitabile, id verū est per relationē & habitudi
nē ad providentiā, ex qua fatū depēdet. Hęc
tamē immobilitas nō est absolutæ necessita
tis, sed cōditionatæ, & ex suppositione. Qua
de re quinta quæstiōe disputabitur: quo loco
exquirendū est, afferat diuina providentia
rebus provisus necessitatem necne.

Ex hac vniuersa nostra disputatione duo
præcipua intelliguntur, illud est prius, fatum
esse. Quod si aliqui sancti fatū esse negant,
vel ab hoc nomine tanquā fidei, & religioni
christianæ minus congruo abhorrent, id ve
rū est, accipiendo fatū pro vi, & cōstitutione
syderū hominibus ad agendū, aut patiendū
quid necessitatē afferente, nō reducta ad dei
voluntatē. Et hoc modo D. Gregorius in Ho
milia ephiphaniæ fatū esse negat, in quies, Ab
sit a fidelium cordibus, ut fatū esse aliquid di
cant. Sub hoc etiā sensu D. Aug. 5. de ciuit.
dei cap. 1. a fati nomine temperādū, & absti
nendū esse inquit. Cæterū si fatum accipiatur
pro ordine, seriēq; causatū diuinæ providentiæ
subiecta, tūc pculdubio fatū est. Etenim ea fato

Fatū est.

Quo sen
su sancti
negēt esse
fatum.

Gregorius

Augusti
nus.

Quo sen
su sit ad
mittēdū
fatum.

fieri dicuntur, quæ ab aliquo præordinante sunt ante prælocuta. Et quoniam quæ in terris geruntur, diuinae providentiæ subsunt, quasi ab ea ordinata, & prælocuta, propterea facta omnia fieri dicimus.

Posterius hinc intelligitur, quid intersit inter fatum, & providentiam, id quod nobis erat ad ostendendum propositum.

Q V Æ S T I O . 4 .

Vtrum Deus immediate rebus omnibus provideat?



SOLENNIS, ac trita est hac in re Theologorum distinctio, nempe quod in diuina providentia duo spectentur, nempe ordinatio, siue ratio ordinis excogitata, & ipsius ordinis, siue ordinationis executio. Quocirca nonnullas ad rem propositam explicandam adhibent conclusiones.

1. concl. Ac prima conclusio est huiusmodi.

Deus immediate provideat rebus, quoad rationem rerum gubernandarum.

Quod attinet ad ordinationem, & rationem gubernandarum rerum, Deus immediate rebus omnibus provideat, ita ut ea ratio soli Deo, & nulli alteri cõueniat. Id probant multis argumentis. Ac primũ quidem sumitur ex summa, ac perfectissima Dei sapientia. Etenim in rebus humanis, qui præstant intellectu, & sapientia, aliorum sunt ordinatores, nam p. sapientis est ordinare, cum igitur in Deo summa sit sapientia, efficitur ut ad ipsum pertineat rerum omnium etiam minimarum ordines disponere, atque constituere.

Et confirmatur, quia si Deus rerum saltem minimarum ordines minime disponderet, ac constitueret, id proveniret, aut quia eius cognitio ad hæc minima non pertingeret, aut quia diuinam maiestatem non deceret rerum minimarum ordines disponere atque constituere. At neutra ex causa id potest euenire, non ex prioribus, iam enim alibi docuimus diuinam cognitionem ad omnia singularia pertingere, non solum prout sunt in suis causis,

sed etiam prout sunt in seipsis, neque solum in vniuersali, sed etiam in particulari, hoc est, sub propria, & distincta cognitione. Neque itidem ex posteriore, Nam quamuis rerum minimarum executio cum regia maiestate non congruat, certe earum rerum ordinatio eidem magnopere cõgruit, ut pote quia scientia actiua tanto sit perfectior, quanto magis particularia, in quibus versatur actio, considerat. Cum igitur in Deo scientia actiua sit summa, & perfectissima, relinquatur ut rationes, ordinesque rerum omnium, etiam minimarum consideret, prædefiniat, atque cõstituatur.

Secunda ratio sumitur ex ordine, qui per providentiam rebus gubernandis præstituitur. Etenim ordo ille ex eo proficiscitur, quem prouisor mente sua excogitauit, atque disposuit, quemadmodum forma artis, quæ materiæ inducitur, ab ea ortum habet, quam artifex excogitauit, mentemque informauit, ex quo fit subinde ut cum multi sunt prouisores inter se sic affecti, ut unus contineatur sub alio, superior prouisor ordinem rei gerendæ præconceptum, & intentum inferiori sequendum tradat quemadmodum architectus formam domus, quam mente informauit, sequendam & imitandam tradit artificibus inferioribus. Atqui Deus est supremus prouisor, sub quo alij continentur, relinquatur igitur ut penes ipsum sit ordo, & ratio rerum omnium administrandarum, quem ordinem, quamque rationem ab eo ceteri prouisores accipiunt rebus adiungendam.

Tertia ratio sumitur ex summa dei perfectione, omnem defectum, omnemque imperfectionem excludente. Etenim in ijs quæ humana providentia reguntur, usu venit ut superior prouisor rationem aliquarum rerum, earumque principiorum, & maiorum gubernandarum per seipsum excogitet, at minorum & ignobiliorum rerum rationem & ordinem mente & animo non complectatur, sed cogitandam inferioribus relinquat, id quod contingit, vel quia illa minora, & ignobiliora ignoret, vel quia ad omnium ordinem excogitandum tempus ei non suppetat, aut certe id ei laborem, & negotium exhibeat, at hi

omnes

Cum diuina celsitudine congruit rerum minimarum ordinatio, & prædefinitio.

Heb. 4

tudich

1. con

Deus immediate provideat omnibus, quoad executionem adhibentibus causis, prout exi-

Heb. 4.

omnes defectus longissime absunt a Deo, etenim & omnia cognoscit, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius, & intelligendo minime laborat, neq; ad id tempus aliquod requirit, cum seipsum intelligendo omnia cognoscat, uti iam docuimus, relinquatur igitur ut ipse per seipsum immediate rerum omnium gubernandarum ordinem, rationemq; mente complectatur, quam rationem inferiores prouisores sequuntur.

Postremo, Deus immediate, immediatione virtutis in omnibus operatur, igitur immediate immediatione ordinationis prouidet omnibus. Consecutio firma est, quoniae quemadmodum illud ad summam virtutem pertinet, ita etiam & hoc ad summam & omnibus eminentem sapientiam. Huic assertioni videtur sacra scriptura suffragari Iudith 3. quo loco ita dicitur. Tu fecisti tempora & alia post alia cogitasti, & hoc factum est quod ipse fieri voluisti.

Iudith.

1. concl. Deus non immediate prouidet omnibus, quoad excogitari ordinem executione sed adhibet causas suas prouidentie executrices.

Secunda conclusio. Quod attinet ad ordinem diuina mente excogitati executione, Deus immediate prouidet rebus, sed alios adhibet suae prouidentiae executores, id quod cum diuina eius congruit cum bonitate, tum maiestate.

Huius assertionis priorem partem ostendimus in hunc modum. Quemadmodum se deus habet ad operandum, sic se habet ad prouidentiam rerum, Atqui eius summa & perfectissima operatio non excludit causas medias coagentes, sed admittit potius, igitur & eius summa prouidentia non excludit causas secundas eiusdem prouidentiae executrices, & quemadmodum effecta secundarum causarum, ad ipsum Deum tanquam ad primam causam, summamq; & principem authorem omnium referuntur, sic etiam gubernatio, quae fit per causas medias diuinae prouidentiae executrices, omnis deo tanquam primo & supremo prouisorum attribuitur.

Præterea, quicquid agit in id quod distat, agat oportet medio execute vim ipsius ad id quod patitur perferente, unde quicquid non agit per medium non agit in distans, Atqui deus agit in distans, ut qui sit infinita,

& potentissima virtutis, quanto autem agens est potentioris virtutis, tanto in distans, & longius actionem suam porrigit, Deus igitur medias causas adhibet suae prouidentiae executrices.

Porro posterior pars conclusionis, quatenus dicitur, id cum diuina bonitate congruere, sic ostenditur. Vis ad causandum perfectio quaedam, & dignitas est, fuit igitur cum diuina bonitate congruens ut eam perfectionem, ac dignitatem creaturis communicaret, ut pote ex qua omnis perfectio ad creaturas permanat, ac proinde decentissimum fuit, ut essent causae mediae diuinae prouidentiae executrices.

Id congruere cum diuina bonitate.

Hoc ipsum etiam diuina maiestas postulat & requirit. Namque ad dignitatem regentis illud pertinet, ut habeat ministros, eosque multos, & diversos sui regiminis executores, tanto enim maius atque eminentius eius dominium ostenditur, quanto plures ei, subdiuersis gradibus & ordinibus, subijciuntur, At Deus summa est dignitate, neque vilius regentis est dignitas, quae sit cum summi rectoris, & moderatoris Dei dignitate & celsitudine comparabilis, decuit igitur diuinam maiestatem, ut per diuersos ordines, & gradus agentium, diuinae prouidentiae executio fieret.

Id congruere cum diuina maiestate.

Si quaeras, qui nam & quales sint isti diuinae prouidentiae executores: Respondemus tertia subiuncta conclusione.

Vniuersa creatura corporea gubernatur mediante creaturis spiritualibus, quas appellamus Angelos.

3. concl. Creatura corporea gubernatur mediante spirituali & angelica Augustinus.

Huius conclusioni fidem primum faciunt multa sanctorum patrum testimonia. D. Augustinus 9 de Trinit. libro cap. 4. ita ait. Quemadmodum corpora crassiora & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitae, & spiritus vitae irrationalis per spiritum vitae rationalem pium & iustum, & ille per ipsum Deum, ac sic vniuersa creatura per creatorem suum, ex quo, & per quem & in qua etiam condita, atque instituta est. Ecce aperte inquit Augustinus omnem corpoream creaturam ab ipso Deo per spiritum vitae, hoc est, per

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

per spirituale in substantiam gubernari.

Origenes

Origenes in commentarijs in librum numer. conscriptis cap. 23. Homilia 14. hoc ipsum etiam docet, sic aiens, opus est etiã mundo ipsis Angelis, qui sint super bestias, & Angelis qui præsint exercitibus terrenis. Opus est etiam Angelis qui præsint animalium naturati, virgultorum, plantarũq; ortui, & cæteris pluralibus incrementis.

Damasce
nus.

Docet hoc ipsum etiam Damascenus 2. de orthodoxa fide libro, cap. 4. quo loco ait, Angelum illum præcipuũ, & cæteris eminentem, qui lapsus est, quiq; cæteris ruinæ occasionem præbuit, fuisse præpositum terrestri ordini, & terræ custodiam eidem a Deo fuisse commissam, atq; demandatam. Idem Damascenus eodẽ libro cap. 3. de Angelis differens sic ait. Fortes sunt Angeli, & prõpti ad explendam diuinam voluntatem, quocunq; eos diuinus impulerit nutus illic adsunt continuo naturæ agilitate. Et custodiunt partes terræ, & gentibus ac locis præfunt, & ea quæ sunt apud nos, dispēsant omnia, prout ad id muneris sunt à Deo conditore ordinati, atq; destinati.

D. Tho-
mas.

Diuus Thomas 1. p. q. 113. ar. 2. probaturus singulis hominibus singulos quoq; esse Angelos ad custodiam deputatos, sumit ex sententia Gregorij magni. 4. dialogorum libro, diuersis rerum generibus diuersos quoq; Angelorum ordines esse præfectos, ceu potestates arcendis Dæmonibus, virtutes faciendis miraculis in rebus corporeis. Ex quo colligit D. Thomas esse probabile, diuersis quoq; rerum speciebus diuersos quoq; Angelos eiusdem ordinis esse præfectos.

Gregori
magnus.

Porro diuinæ ipsius providentiæ per Angelos executio ex ipsorum Angelorum nominibus datur intelligi, nominantur enim potestates, virtutes, dominationes, principatus, Angeli, quibus nominibus datur intelligi aut alicuius operis executio, aut dispositio, siue imperium de rebus exequendis, vt annotauit D. Thomas 1. p. q. 112. art. 4.

Non solũ
singulis
hominibus verũ

Ad hanc etiam rem comprobandã multa suppetunt diuinarum scripturarum testimonia, ex quibus intelligitur, non solum sin-

gulis hominibus singulares quoq; Angelos, verum etiam singulis nationibus, regnis, & prouincijs regendis, ac custodiendis, diuina prouidentia esse præpositos. Insignis est ille locus positus Danielis 10. quo loco Angelus Daniele sic alloquitur. Noli timere Daniel, ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt te affigeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarũ restitit mihi viginti, & vno diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Et paucis interiectis ait. Nunquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt præliet aduersus Principem persarum. Cũ enim egrederer, apparuit princeps Grecorum veniens. Sunt autẽ hi principes, iuxta doctrinam sanctorum, non homines aliqui, sed Angeli, quibus illorum regnorum curandorum, atq; tuendorum cura est diuinitus demandata, qui dũ suo quisq; regno tuendo, & custodiendo inuigilat, certare cõtra alterum, & eidẽ aduersari dicitur.

etiã singulis nationibus regnis, & prouincijs custodiendis sunt Angeli præpositi. Daniel.

Item, Exodi 14. Angelus præit Iudæorum castra. Et cap. 33. populi Istraël dux Angelus est. Item Iosua 5. cum Iosua obsidione cinctus Hierichunta, loci situm, ac statum exploraret, occurrit ei obuius vir quidam armatus strictum gestans gladium, qui interrogatus quis esset, respondit, se esse ducem populi dei missum vt multitudini Istraëliticæ auxiliũ ferret. Itẽ Iudic. 11. exprobat Angelus Istraëlitis, quod fœdus inierint cum Chananæis. Et 3. Regũ lib. cap. 18. Angelus domini interfecit centum octoginta millia Assyriorũ pignantum contra Ezechiam, duce Sennacheribo. Tandem act. 16. Angelus Macedoniae custos per quietem horratur diuũ Paulum Macedoniam pergat, ibi verbum salutis disseminaturus.

Exod. 14

Iosua. 5.

Iudic. 11.

3. Reg. 18

Act. 16.

Ex his, & ex alijs innumeris sacrae scripturae locis satis intelligitur, diuinas illas, incorporeas, inuisibiles & supercelestes mentes diuinæ prouidentia, qua res vniuersas, ac præfertim humanas curat, esse executrices, eidẽq; in mundo regẽdo inservire, atq; ministrare.

Id

summo diuinæ prouidentia consilio effectũ est vt Deus creaturæ corporeæ per Angelicam gubernet.

1. Ratio.

1. Ratio.

Id vero summo & admirabili consilio diuinitus fieri multis rationibus docet D. Thomas 3. contra Gent. cap. 78. & in quaest. de verit. q. 5. ar. 8. Ex quibus nonnullas docendi gratia proferemus.

Argumentatur igitur in hunc modum sanctus Doctor. Quaecunque creaturae magis sunt virtutis diuinae prouidentiae participes, illae exequentur diuinam prouidentiam in ijs quae virtutem illam minus participant: At qui creaturae intelligentes vim diuinae prouidentiae magis participant, illae igitur diuinam prouidentiam in ceteris alijs creaturis exequentur. Ita omnes aliae creaturae sub diuina prouidentia per Angelos reguntur. Maior propositio ex eo constat, quia quaecunque creatura exequitur ordinem diuinae prouidentiae, hoc habet, quatenus participat aliquid virtutis eius qui prouidet, quemadmodum instrumentum non mouet, nisi quatenus participat aliquid de motu agentis principalis, quaecunque igitur creaturae de virtute diuinae prouidentiae magis participant, illae exequentur diuinam prouidentiae ordinem in eas, quae minus participat. Minor vero prioris discursus hinc patet, quoniam cum ad prouidentiam requiratur & dispositio ordinis, quae fit per vim animi cognitricem, & executio ordinis dispositi, quae fit per vim animi operatricem, creaturae autem intelligentes utraque vi maxime excellent, cum interim ceterae creaturae vim solum operatricem sibi vendicent, relinquitur ut creaturae intelligentes diuinam prouidentiae vim magis participant, ac proinde diuinam sunt prouidentiae in cetera alia executrices.

Adde, quia vis intellectiua hoc sibi natura sua vendicat, ut sit ordinatiua, & gubernatiua, hoc primum cernitur in homine, in quo vis eius omnis operatiua gubernatur & regitur a vi intellectiua, etenim ad imperium voluntatis mouetur vires animae, cernitur hoc etiam in diuersis. Nam qui vi operatiua excellent, reguntur ab illis qui excellent vi intellectiua, postulat igitur diuinam prouidentiae ratio ut ceterae creaturae per Angelos vi intelligendi praestantissimos gubernentur. Cōsecutio

firma est, quia cuiuscunque datur a Deo vis aliqua tribuitur ei in ordine ad proprium effectum illius virtutis. Sic enim omnia optime disponuntur, quando vnum quodque ordinatur ad omnia bona, quae ex ipso nata sunt provenire.

Accedit, quia ita natura comparatum est ut virtutes particulares ab vniuersalioribus moueantur, id quod cum in natura, tum in arte perspicitur, At virtus intellectiua est vniuersalior omni alia virtute operatiua, ut quae contineat formas vniuersales, omnis autem alia virtus operatiua est ex propria, & particulari forma operantis, fuit igitur decentissimum, & maxime conueniens, ut omnes aliae creaturae per creaturas intellectuales regerentur: in quo regimine posita est executio diuinam prouidentiae. Plures alias rationes vide apud D. Thomam locis supra citatis.

Octamen loco sunt nonnulla annotanda. Illud est primum, mentes Angelicas non solum esse causas medias exequentes, verum etiam prouidentes, sunt enim quaedam eis ad prouidendum demandata, non sic quidem ut dei prouidentia excludatur, earumdem siquidem rerum Deus prouidentiam habet cum altiori modo, tum in ordine ad altiorem finem: vnde non sunt simpliciter & praecise prouidentes, sed prouisores exequentes: sunt quidem prouisores, quatenus ordinem rerum agendarum alijs substantijs spiritualibus praescribunt, eumque eis exequendum tradunt, sunt autem exequentes, quatenus cum ordinem a Deo excogitatum acceperunt, & acceptum explicandum alijs, & explendum proposuerunt. Vnde videntur potius exequentes, quam prouidentes.

Secundo notandum est Platonem hac in re partim errasse, partim recte sensisse. Recte quidem ille sensit, quatenus summo deo ceterorum Deorum conditori & parati rerum omnium prouidentiam attribuit, erravit vero, quatenus quaedam rerum prouidentiam ceteris dijs sic assignauerit, ut eos prouidentes solum fecerit, & non exequentes. Id quod intelligi potest ex ijs, quae ad mentem Platonis de diuina prouidentia prima quaestione docuimus.

3. Ratio.

Angeli non solum sunt causa mediae exequentes, sed et prouidentes.

Platonis error.

summo diuinae prouidentiae consilio effectus est ut Deus creaturam corpoream per Angelicam gubernet.

1. Ratio.

1. Ratio.

Si dicas, quomodo ergo penes principem Deū, de mente & sententia Platonis, est reū omnium prouidentia? Dicimus ob id summo Deo attribuerem omnium prouidentiam, quoniam ille secundos, & tertios deos prouifores, & administratores instituerit, quāuis rerum gerendarum & administrandarum ratio, quod attinet ad res illas, non in principe Deo, sed in Dijs inferioribus sit constituta. Ac in hoc Plato errauit maxime, & sententiam protulit fidei Catholicae dissentaneam. Etenim, vt disertissime argumentatur D. Thom. 3. contra Gent. cap. 76. cum sunt multi prouifores, quorum vnus sub alio cōtinetur, necesse est omnino vt ordinem excogitatum, & intentum superior prouifor inferiori tradat, quemadmodum ars inferior principia accipit a superiore, cum igitur secundi & tertij prouifores sub primo, qui est summus Deus, contineantur, necesse est vt ordinem præstituedum rebus a summo Deo accipiant, ac proinde ordo etiam illarum rerū quibus curandis & administrandis præ sunt, non solum existat in prouidentia summi & principis Dei, verum etiam multo ibi excellentius, & perfectius existat.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

1. Argumentum.

Prima conclusio his argumentis refutatur. Quidquid ad dignitatem pertinet est Deo attribuendum, At ad regis dignitatem pertinet non per se immediate, sed per ministros suos rebus prouidere, atq; consulere, ergo multo magis id cum summa & incomparabili congruit diuini numinis dignitate.

Præterea, authore Augustino in Enchiridione, melius est quædam nescire, quam scire, quod ipsum etiam docuit Arist. 11. Metaphy. At quidquid est melius & præstātius est Deo attribuendum, Deus igitur saltim viliū & ignobilium rerum immediatam nō habet prouidentiam.

Porro conclusio tertia sic improbatur.

Duplex est gubernandi ratio, vna per in-

fluentiam luminis, siue cognitionis, altera per influentiam motus. Priori modo Magister regit Scholas, posteriore vero, nauta gubernat nauim, at neutra gubernandi ratio videtur posse Angelis cōpetere circa res corporeas, nō igitur deus res corporeas per incorporeas substantias gubernat. Minor quoad priorē sui partem ex eo patet, quia res corporeæ nō sunt capaces illustrationis spiritualis, non possūt igitur ab Angelis gubernari per influentiam luminis, siue cognitionis receptam in ipsis. Quoad posteriorem vero ipsius partē ex eo constat, quia mouens oportet esse coniunctum ei quod mouetur, vt docet Arist. 7. Phyl. At substantiæ spirituales substantijs corporeis non sunt coniunctæ.

Præterea, rerum corporearum effectus, & debiti cursus frequenter præpediuntur, nō impedirentur autem si interuentu Angelorum gubernarentur, Nam aut defectus illi acciderent volentibus Angelis, aut nolentibus, si volentibus, facerent igitur Angeli cōtrarium eius, ad quod sunt diuinitus destinati, & rebus gubernandis præfecti, Ad hoc enim sunt rebus gubernandis præfecti, vt res, quibus præ sunt, in suo, eoq; debito ordine collocent, atq; cōstituunt, & earū cursus prouehant, si nolentibus, nō essent igitur Angeli beati, vt pote quibus nolentibus aliquid accideret.

Adde his, quia in creatura corporea duplex actus cernitur, vnus qui dicitur primus, ceu forma per quam habet esse tale, hoc est, sub tali specie, secundus alter, ceu operatio consequens formam, si igitur creaturæ corporeæ gubernantur a Deo per Angelos, id fiat oportet, aut quoad actum primū, aut quoad actum secundum, non quoad actum primū, ille siquidem immediate est a Deo, vt pote in quo posita sit ipsa naturæ institutio, neque quoad secundum, Nam corpora ordinantur in finem per suas naturales operationes quæ ipsæ consequuntur determinatas ipsorū naturas. Non videntur igitur res corporeæ per Angelos gubernari.

Et confirmatur, quia Diuus Augustinus 8. super Genesim ad literam, duplicem inducit diuinæ prouidentiae operationem, naturam

tura

naturalem vnam, alteram voluntariam, illa lignis, & herbis dat incrementum, hæc vero per hominum & Angelorum opera perficitur, videtur igitur quod corpora naturalia naturalis operationis providentia regantur, nõ igitur per Angelos gubernantur, alioqui ipsorum providentia esset voluntaria.

7. Postremo, quod mundus, quæq; in mundo sunt omnia immediate a Deo regantur, hinc etiam potest ostendi, quia quemadmodum diuina potentia se habet ad efficiendum, sic se habet diuina sapientia ad providendum, Atqui diuina potentia eo magis commendatur, quia mundũ, & omnes partes mundi per seipsum condiderit, igitur diuina sapientia eo magis commendabilis redderetur, si immediate omnia gubernaret, quemadmodum & condidit.

Quocirca Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa cap. 29. ait, non esse conueniens alium esse conditorem, & alium gubernatorem, sed vnum & eundem. Diuus etiam Gregorius explanans illa Iob verba cap. 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est: sic ait, mundum quippe per seipsum regit, quem per seipsum condidit. Boetius etiam 3. de consolatione ait, Deum per se solum cuncta disponere. Immediate igitur Deus prouidet rebus omnibus non solum ordinando, verum etiã ordinem excogitatum exequendo.

DILVTIO ARGVMENTORVM.

Ad 1. AD primum respondetur pertinere ad regiam dignitatem ministros habere suæ providentiæ executores, non autem non habere apud se rationem eorum quæ gerenda, & agenda sunt, immo vero hoc ad defectũ pertinet scientiæ practicæ, quæ tanto est perfectior, quanto magis particularia, in quibus versatur actio, considerat.

Ad 2. Ad secundum respondetur, nobis esse melius atq; consultius quædam nescire, quam scire, cuiusmodi sunt mala, & vilia, vilia quidem, quia cum mens nostra nõ possit multa simul intelligere, viliũ consideratione &

Nobis melius est quædam nescire, quã scire

intelligentia, a meliorum & præstantiorum rerum consideratione & intelligentia abducimur, & auocamur, mala vero, quoniã maiorum consideratione interdum sic afficit voluntatem, vt eam ad malum impellat.

Ad tertium respondetur, mentes Angelicas gubernare creaturas corporeas per influentiam motus, motus inquam celestium corporum, cui subditur omnis actio, virtusque corporum sublunarium. Vnde non oportet vt omnibus corporibus coniungantur, sed iisduntaxat quæ immediate mouent, nempe corporibus celestibus, quorum interuentu influunt in actiones rerum corporalium, quibus tamen ipsi Angeli coniunguntur, non vt forma, sed vt motores.

Ad 3.

Angeli gubernant hæc inferiora per influentiam celestium motus

Ad quartum respondetur, defectus illos contingere permittentibus Angelis. Quem admodum enim voluntas Dei gubernantis non impedit defectus qui in rebus contingunt, sed permittit eos, propter eas, quas alibi exposuimus, causas, sic res habet in voluntatibus Angelorum, quæ diuinæ voluntati obsequuntur & conformantur perfecte.

Ad 4.

Ad quintum respondetur, Angelorum gubernationem pertinere ad actiones naturales corporearum rerum, mediante influxu celestis motus. Et quãuis corpora ordinentur in finem per suas naturales operationes, ipsaq; operationes cõsequantur naturales formas, non tamen propterea non requiritur concursus & influentia Angelica. Nam quamuis rationes seminales existentes in naturis inferioribus, sint immediate a Deo, egent tamẽ opera agricolæ adiuuari, vt exeant in actum, quæ nisi adhibeatur, nihil ex illis proferetur. Sic etiam quamuis institutio naturæ, per quam res corporeæ ordinantur in finem, sit immediate a Deo, ipsarum tamen motus & actiones indigent Angelorum concursu, vt ipsarum interuentu, res corporeæ finem debitũ assequantur. Vnde quemadmodum agricola colendo agrum, ipsius germinationem iuuat, sic etiam per Angelos omnis corporeæ creaturæ operatio administratur.

Ad 5.

Actiones corporũ naturalium indigent Angelorũ concursu, vt finem debitum assequantur.

Ad sextum respondetur, prouidentiam voluntariam distingui contra naturalem secundum

Ad 6.

cundum

DISTINCT 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

cundum consyderationem proximorū principiorum ipsius operationis, siquidem aliquarum actionum diuinæ providentiæ subiactum, proximum principium est natura, aliquarum vero voluntas. Cæterum primū & remotum principium omnium est voluntas, eaq; diuina. Et ita ratio nō concludit id quod est propositum.

Ad 7.

Diuina bonitas magis commendatur ex eo quia interiora per superiora gubernat quā si intermediare per se ipsū gubernaret.

Ad septimum, negatur consecutio. Namq; diuinæ sapiētiæ, & bonitatis magnitudo magis commendatur ex eo quia interiora per superiora gubernat, quam si immediate per se ipsum omnia gubernaret. Sic enim effectū est vt diuinæ bonitatis perfectio amplius, & abundantius creaturis communicaretur. Etenim diuina bonitas contulit mentibus Angelicis, vt nō solum essent, viverent, & intelligerent, in quo ipsorū Angelorum ad ipsum Deum similitudo consistit, verum etiam vt in alia influerent, idq; non necessitate naturæ, vt agētia naturalia, sed intellectu, & voluntate.

Nota.

Ex quo intellige, creaturas omnes inferiores gubernari a Deo per superiores, sic quidē vt creaturas corporeas digniores efficiat agentes duntaxat, & nullo modo providente, At substantias spirituales cum agentes, tum providentes.

Quod vero attinet ad sanctorum testimonia adducta contra tertiam nostram conclusionem, ea assertioni nostræ minime aduertantur. Nam quod ad Damascenum attinet, propositum erat ei ostendere mundum diuinā providentiā administrari, id quod verissimum est, esset enim magnum in contemniens alium esse effectorem mundi & alium eiusdem rectorem, ac moderatorem. Cæterum diuina providentiā mundi rectoris, & gubernatrix non excludit causas medias eiusdem providentiæ executrices, quemadmodum neq; causalitas primi agentis, & mouentis Dei non excludit causas medias concoufantes, & coefficientes.

Ad testimonium vero Diui Gregorij, respondemus, Deum quoad ordinis dispositionem, mundum per seipsum regere, non tamen quoad eiusdem dispositi ordinis execu-

tionem. Hinc iam patet responsio ad testimonium sumptū ex Boethio. Etenim Deus per seipsum cuncta disponit, quod attinet ad ordinem rerum ordinandarum in finē, hæc siquidem ratio ordinis rerū in finem in mente diuina existit solū, At huius rationis executio communicatur alijs. Id quod in Deo quidem nihil imperfectionis ponit, in creaturis vero nobilitatis multum ac dignitatis collocat, vt iam docuimus.

Id vero vt intelligatur melius annotadū est de mente, & sensu Syluestri in conflato q. 22. art. 11. interesse inter providentiā, & gubernationem, primum quia providentiā est ratio ordinis rerum in mente diuina constituta, at gubernatio est operatio media interiecta inter providentem, & prouisa transiens in illa, Deinde providentiā est operatio immanens gubernatio vero transiens.

Ex quo fit subinde vt providere per aliam causam mediam imperfectionem ponat in primo providente, ponit enim rationem eius non peringere ad omnia, ordinando ea in finem, At gubernare per causam mediā cooperantem, non ponit imperfectionem in primo providente, sed actionem transeuntē, per quam alios constituit cooperantes sibi ad effectus providentiæ, idq; non ex defectu potentia, sed ex bonitate, & beneficentia, per quam comunicatur alijs vis ad causandū.

QVÆSTIO. 5.

Vtrum diuina providentiā rebus prouisis necessitatem imponat?



Qvæstio nimis ardua, multumq; difficilis, explicanda à nobis suscipitur, quæ non solum philosophos, homines alioqui luminis fidei expertes, verum etiā

& ipsos catholicos male semper torsit, & in varias sententias distraxit. Et quāuis in vtrisque eadem semper fuerit dubitandi ratio, nō tamen eadē difficultatis huius explicatio.

Porro

Discrimē inter providentiā & gubernationē.

Providere per causam mediam ponit imperfectionem in providente, at gubernare non itē.

Qvæstio hæc est difficilissima.

Ratio diuina cuncta disponit, quod attinet ad ordinem rerum ordinandarum in finem, hæc siquidem ratio ordinis rerū in finem in mente diuina existit solū, At huius rationis executio communicatur alijs.

Solutio Stoicorum Admittunt enim, subinde & sequentem.

Priscianus Stoicos esse, quos esse curus qui nolum tinger sustu verus homi vitā lī all uie.

Ratio du-
bitandi cō-
munis om-
nib', quę
fuerit.

Porro ratio dubitandi communis omni-
bus hæc est. Diuina prouidentia non potest
falli, igitur effectus prouisi eueniunt necessa-
rio, consecutio firma est, siquidem omnis ef-
fectus qui habet per se causã ex qua alioqui
ex necessitate sequitur, provenit necessario.
Itaq; perit rerum contingentia, perit huma-
ni arbitrij libertas. Etenim ratio ordinis re-
rum diuina mente concepta non potest nõ
explicari. Quod ipsum nobis sancta mater
Ecclesia significauit, cū orans Deum sic ait,
Deus cuius prouidentia in sua dispositione
non fallitur, hoc est, non frustatur, sed effe-
ctum semper sortitur.

solutio
Stoicorū.
Admic-
tunt enī
aūs, sub-
inde & cō-
sequens.

Hoc argumentum aliter Stoici & aliter
Peripatetici dissoluunt. Stoici igitur argumē-
tum admiserunt. Diuinam namq; prouidē-
tiam admittentes, omnem ex rebus contin-
gentiam, omnemq; fortunam, & temeritatē,
exclusam esse voluerunt, & diuinis quibus-
dam, ac fatalibus legibus omnia constrinxe-
runt, ita vt omnia, quę in mundo fierent, ne-
cessario fierent, cogentibus præterea ad ea
ipsa syderibus, siue syderum influentijs. Nõ
enim Stoici videntur prouidentiam a fato
seiunxisse, nisi in eo fortasse, quia prouidenti-
am Deo assignauerint, fatum vero & diuinę
prouidentię, & stellarū virtuti attribuerint.
Hanc Stoicorum sententiam quidam qui ex
nostris aliquando fuerunt, postea vero a no-
bis turpissime defecerunt, sunt amplexati, vt
Priscillianus Hispanus, Petrus Abailardus,
Manichæus, & nouissimus omnium Marti-
nus Luther. Hi siquidem omnes rerum om-
nium prouidentiam Deo cōcedentes, rebus
ipsis contingentiam, factis, euentisq; homi-
num casum, & humanis actionibus libertatē
ademerunt. Imo & Priscillianus eo demen-
tiæ pro lapsus est, vt putauerit homines fata-
libus stellis esse alligatos, & eorum quemq;
sub proprio sydere, tanquam sub proprio fa-
to oriri, idq; Euangelicę veritatis testimo-
nio voluit esse confirmatum. Dicitur enim
Matth. 2. vidimus stellã eius in Oriēte, et cã.
quæ eadem stella Magos ad præsepe domini
perduxit. Ex his verbis Euangelistę colligit
impudens Priscillianus duo, primū colligit, stel-

lam illam fuisse pueri Iesu, dicunt enim Ma-
gi, vidimus stellam eius. Secundo colligunt,
quemlibet hominū pprio syderi, tanquam
proprio fato esse addictum, ex eoq; vniuersã
eius vitam guberuari: vsq; adeo, vt contra id
quod sydera pollicentur, neq; agere possit, ne
que ei possit aliud euenire. Huic errore coar-
guūt Augustinus, Chrylostomus, Gregorius
& alij multi Ecclesię proceres.

Peripatetici vero illationem firmã esse
putant, & omnino necessariam, Nam si deus
rerum omnium habet prouidentiam, eamq;
infallibilem, omnino consequens est, vt cum
cũta inenitabili necessitate eueniant, ceterū
negandū putant aūs, nepe qđ Deus inferiora
hæc & sublunaria aut cognoscat, aut curet.
Neq; tñ proinde sequitur, quod Deus sit aut
ignarus, aut deses. Nõ enim de illa ne scit ob
id, quia illarum rerū cognitionem consequi
non possit, cum tamen ad eam habendam
adnitatur, sed quia rerum adeo ignobilium,
adeoq; inconstantium cognitio & procura-
tio summæ dei præstantię, summæq; perfe-
ctiõni non congruat. Quemadmodū enim
cum principis dignitate nõ cōgruit in quod
libet opus incumbere, etiam vile, & ignobi-
le, sic etiam cum summi Dei dignitate, & ex-
cellenta non putauit Arist. congruere, infe-
riora hæc, eaque materiata, & elementaria,
ortui, & interitui, atque adeo mutabilitati,
& vicissitudini obnoxia, aut intelligere aut
curare.

Peripate-
tici cōtin-
gentiã ad-
mittentes
negant di-
uinã pro-
uidentia

Porro cognitioni diuinæ Arist. non solū
plusquam humanæ tribuit, verum etiam tan-
tum eidem tribuit, vt eam cum humana cō-
ferri non sit passus. Est siquidem, apud Ari-
stotelem diuina cognitio, perpetua, conti-
nuaque felicitas, circa nobilissimum, & præ-
stantissimum obiectum, quod est ipsa eius
essentia, semper intenta, rerum omnium ef-
fectrix causa, & alijs multis admirandis mo-
dis excellens, vsque adeo vt nullus, qui sit
mentis compos, de eiusdem Aristotelis sen-
tentia 12. Metaphys. possit, aut audeat huma-
nam cognitionem cum diuina conferre.

Si obijcias, Deus est rerum omnium &
effectuum causa prima, seque ipse perfecte
cogno-

crimē
er pro
dentia
uber-
tionē.

uide
ercau
medi
ponit
eafec
e in
u idē
t gu-
are
icē

Priscillia
nus Stoic-
os est se-
cutus,
qui nõ so-
lum con-
tingentiã
sustulit,
verum et
hominū
vitã stel-
lis alliga-
uit.

estio
est
cili-

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

cognoscit, & inde habet, quod sit sapientissimus, igitur & effecta omnia cognoscit, siquidem perfecta relati cognitio haberi non possit citra correlatiui cognitionem. Concesso antecedente, negadam putant Peripatetici, vel certe distinguendam consequentiam. Nam ut inquit Auerroes, Deus nouit effecta sua omnia, non quidem in seipsis obiectiue distincta, & particulari cognitione, sed in se ipso obiectiue, hoc est, quatenus scit se illorum effectiuam esse causam, & quatenus sunt entia. Nouit enim Deus naturam entis, quatenus est ens simpliciter.

Si rursus obijcias, qui fieri potest ut Deus sit sapientissimus, cum hæc inferiora omnia neq; sciat, neq; moderetur? Iam autem, eodem Aristotele authore, sapientis est moderari, & rebus alijs ordinem præscribere. Respondet Peripatetici, Deum esse sapientissimum ob id solum, quia seipse perfecte cognoscit. Et enim, apud Aristotelem, scientiæ præstantia, non in multitudine rerum, quæ cadunt sub scientiam, sed in nobilitate consistit, ut scilicet præstantissima cognitio ea sit, quæ est præstantissimæ siue causæ, siue obiecti. Cum igitur deus sit ens præstantissimum, sitque eminentissima causa, seque ipse perfectissime cognoscat, sequitur ut sit sapientissimus. Cumq; æternis, & nunquam intermittendis legibus cælum moueat, cuius motu & lumine inferna omnia, immutabili ordine gubernantur, viuificantur, & conseruantur, sequitur ut deus mundum uniuersum administret.

Postremo, cum mundus, de sententia Aristotelis, ab æternitate constiterit, neq; sit unquam desiturus, sit ut successiua quadam serie, & perpetua generatione res sublunares sint infinitæ, ac proinde omnia quæ in mundo sunt vel fiunt, vel facta sunt, aut efficienda sunt, diuinam cognitionem effugiant, ut pote quia infinitum, quæ huiusmodi iuxta Aristotelis decreta, sit non cognobile, & impertransibile: ac proinde non solum quæ huiusmodi ab humano, sed neq; a diuino intellectu possit cognosci.

Hæc paripatetice dicta sunt hactenus, quæ uis & ipsi inter se Peripatetici de his rebus mi-

nime consentiant. Sed quæ diximus, uidentur esse magis ad Aristotelis decreta accommodata, & illustrium Peripateticorum sententijs magis consentanea: ut iam alibi docuimus, nempe prima, huius de diuina providentia tractatus, quæstione.

Omissis igitur philosophis, iam accommodata ad mentem catholicorum, communem illam omnibus dubitandi rationem dissoluamus. In eius siquidem apta dissolutione posita est, & diuinæ providentiæ, & contingentiam rerum, & omnino libertatis humanæ assertio: atq; vindicatio, ut contra ex eo quia homines illud argumentum apte diluere nequiverint, profectum est ut alij diuinam providentiam, alij uero rerum contingentiam negauerint. Nos uero non obstante vi illius argumeti utrumq; asserimus, & diuinam providentiam cum rerum contingentiam, & contra rerum contingentiam cum diuina infallibili providentia connectimus, atque copulamur, quamuis non eodem modo omnes id obtineant: id quod nunc exponimus.

Concedunt igitur catholici omnia quæ apud nos aguntur, etiam contingentiam, diuinæ providentiæ subdi, & nihil esse, aut fieri, quod ordinem diuinæ providentiæ effugiat. Admittunt præterea hunc diuinæ providentiæ ordinem esse immutabilem, cuius immutabilitatis causa est, & efficacia diuinæ uoluntatis, quæ efficitur ut non solum fiat id quod fieri deus uult, sed eo prorsus modo fiat, quo ipse fieri uult, & sapientia diuinæ dispositionis, quæ omnes ad consequendum effectum accommodatas rationes, sapienter excogitat. Negant tamen hinc consequi, ut quæ ex diuina providentia proueniunt, omnia necessario eueniant, prout modus necessitatis distinguitur contra modum contingentiam. siquidem diuina providentia non tollat, sed ponat potius rerum contingentiam. Cuius rei hanc rationem afferunt, quia diuinæ providentiæ non solum subduntur effecta, uerum etiam & ipsæ causæ, & modi causandi, unde effectis necessarijs causas accommodauit necessarias, effectis uero contingentibus, contin-

ut obiecta
quod illud
contingentiam
quæstione

omnes id
obtinere
consequi

Catholico-
rum dilu-
tio. Ad
missio enim
antecedente,
negant consequentiam.

omnes id
obtinere
consequi

rerum contingentiam
stat cum diuina
providentia.

obiecta
difficilia.

philosophi
Thomæ
tribue
Deo, &
uincunt
dinari
non
solum
eius
rei, uerum
etiam
de eius
endi.

contingentes. Ex quo iam efficitur ut ex immutabilitate ordinis diuinæ providentiæ, nõ sequatur omnia euenire necessario, sed quod ita eueniant, sicut Deus ea prouidit euentura, prouidit autem aliqua euentura contingenter, sequitur igitur infallibiliter, quod sint euentura contingenter, & nullo modo necessario, stat ergo contingencia rerũ, & libertas voluntatis cũ diuina prouidẽtia. Nãq; effecta & cõtingẽtia, & libera sic sunt a deo pũisa, & pũordinata ut cõtingẽter fierent, & libere.

Hæc est communis illius difficultatis explicatio apud D. Thomam. 1. p. q. 22. ar. 3. ad primũ, & secundũ, & 3. contra Gent. cap. 94. & quidẽ eruditissima, & sapientissima. Vnde ait idẽ sanctissimus, & eruditissimus doctor in respõsione ad secundũ, in hoc est immobilis, & certus diuinæ prouidẽtię ordo, quod eaquẽ ab ipso prouidẽtur, cũcta eueniant eo modo, quo ipse prouidit, siue necessario, siue cõtingẽter. Quocirca ex imutabilitate diuinæ prouidẽtiæ atq; certitudine, æque cõficitur necessitas, atq; cõtingẽtia effectũũ. Illa enim quæ prouisa sunt necessario futura, necessario infallibiliter euenient, quæ vero cõtingẽter, & libere, libere quoq; & cõtingenter euenient.

Sed nondum cõquiescit intellectus, neq; videtur omnis exhausta difficultas. Nam si Deus prouidit Petrum aquis pũfocandum aut possibile est ipsum non pũfocari, aut secus, si non est possibile ipsum non pũfocari, est igitur impossibile ipsum nõ pũfocari, ac proinde necessariũ est ipsum pũfocari. Sin vero possibile est ipsũ non pũfocari, est etiã possibile ordinẽ diuinę prouidẽtiæ non expleri, itaq; fiet ut ordo diuinæ prouidẽtiæ nõ sit certus, & imutabilis, ut qui possit deficere. Aut igitur õnia necessario eueniunt, aut ordo diuinæ prouidẽtiæ nõ est certus, & imutabilis.

Hoc argumentũ diluit D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 94. inquit possibile esse hũc non pũfocari, si secundũ se, & absolute cõsyderetur, hoc est, si pũfocatio spectetur secundũ seũ esse absolute, & in ordine ad causã suã proximã quæ cũ sit contingens põt deficere, & impedi ri, sin vero spectetur ut prouisũ, est impossibile ipsum non suffocari, impossibile inquam, nõ

absolute, sed ex suppositione. Nã cũ prouisũ sit ipsũ suffocari cõtingenter, & ordo diuinæ prouidẽtiæ sit certus & imutabilis, impossibile est, quincõtingẽter suffocetur, quẽadmodũ diuinitus est prouisũ. Ita de sentẽtia D. Tho. nõ est impossibile absolute petrũ nõ suffocari, sed nõ suffocari cõtingẽter. Et ita necessitas referẽda est, nõ quidẽ ad euẽtũ absolute, sed ad modũ eueniẽdi, nõ enim est possibile nõ sic rẽeuenire, quomodo Deus pũordinauit esse uẽturã. Quocirca illa cõditionalis, si õnia sũt a Deo prouisa, & prouidẽtia est certa, õia ex necessitate eueniũt, vera est, & cõceditur de necessitate eius modi quo pũisa sũt, falsa tũ, & negatur de necessitate euẽtus absolute.

Ita D. Thom. tribuẽdo diuinę prouidẽtiæ nõ solũ effectus, uerũ etiã causas, idq; nõ solũ secundũ esse & secundũ operationẽ, uerũ etiã secundũ modũ esse, & operãdi, euadit õnes difficultates, õnesq; instãtias dissoluit, quæ cõtra fieri possũt. Etenim posita diuina prouidẽtia, nõ necesse est õnia euenire necessario, necessitate absolute, sed necessario necessitate imutabilitatis ordinis diuinæ prouidẽtiæ, ut. s. eo modo omnino eueniant, quo pũisa sunt euenire nempe aut contingenter, aut necessario.

Interest tamẽ, quia effecta necessaria suant illa quidẽ necessaria tã in ordine ad suas causas, quã in ordine ad diuinã prouidẽtiã, At effecta cõtingẽtia, sunt solũ necessaria ut prouisa, non aut in ordine ad suas causas.

Existit tamẽ hoc loco sũma dubitatio. Diuina prouidẽtia duo respicit, nepe euẽtũ rei prouisa, & modũ eueniẽdi. Accipio igitur effectũ prouisũ euenire ex causa cõtingẽte, & impedibili, ceu Antichristũ, iam quæro utrũ Antichristus fallibiliter eueniet, ita ut possit non euenire, aut certe infallibiliter, ut. s. nõ possit nõ euenire: si dicas fallibiliter euenire, ita ut possit nõ euenire, nõ est igitur diuina prouidẽtia certa, sin vero infallibiliter, ita ut nõ possit nõ euenire, illud est cõsequẽs, ut eueniat necessario secundũ se, ac proinde id quod dicit esse prouisũ ut cõtingẽter eueniat, eueniet necessario absolute. Respõdet Ferrari. adhibita distinct. Nãq; fallibiliter aliquid euenire põt accipi duobus modis. Vno modo ut posita cau-

[Marginal note, partially illegible]

Magnam discriminẽ inter effecta necessaria, & effecta cõtingẽtia.

Obiectio vehemensissima.

Fallibiliter euenire contingit duobus modis.

Rerũ cõtingẽtia stat cũ diuina prouidẽtia.

Obiectio difficilis.

Diluit D. Thomas, tribuens Deo, & diuinę ordinationi nõ solũ euẽtũ rei, uerũ etiã modũ eueniendi.

DISTINCT 39. DE DIVINA PROVIDENTIA:

sa contingente, & impedibili, eaq; ad agendum disposita possit non euenire, altero modo, vt illud secundum se possit non esse, aut non produci. Illud prius est proprie fallibiliter euenire. Nam fallibiliter euenire dicitur per relationem ad causam positam in actu & dispositam ad agendum. Hoc vero posterius, improprie.

Prouisū, & præ ordinatum euenire, necessario & infallibiliter eueniet, nõquidẽ infallibilitate lata ad euentū, sed ad modum eueniendi. Ita quod prouisū est euenire cõtingenter, infallibiliter eueniet cõtingenter. Et hic ẽ modus dicendi Ferrariensis post D. Thom.

Subijcitur ergo de mente Ferrariensis duplex propositio, prior propositio. Accipiendo fallibiliter euenire priori modo, non conceditur illud fallibiliter euenire, sed infallibiliter, propter infallibilitatem diuinæ providentiæ. Neq; enim hæc duo stant simul, nempe quod aliquid sit prouisum & præ ordinatum a Deo euenire & non eueniat. Neq; tamen iam inde consequitur vt necessario absolute eueniat, sed quod eueniat vt prouisum, hoc est, eo modo quo prouisum est euenire, contingenter scilicet. Id vero aptissimo Ferrariensis declarat exemplo. Etenim si Plato currit, Plato mouetur & tamen quemadmodum contingenter currit, sic ẽt contingenter mouetur. Vnde recte sequitur. Si Plato currit, Plato mouetur, at Plato currit, Plato igitur mouetur. Nõ tamen sequitur, si Plato currit, Plato mouetur, At Plato currit, Plato igitur necessario mouetur. Ad eundem etiam modum. recte sequitur, si hoc est prouisū, & præordinatum a Deo vt eueniat, eueniet, at est prouisum, & præordinatum vt eueniat, eueniet igitur. Non tamen sequitur. Si hoc est prouisum, eueniet, at est prouisum, eueniet igitur necessario & infallibiliter absolute. Prouisum igitur est necessarium, necessitate illationis, & consequentiæ, non aut necessitate absoluta, seu consequentis.

Obijcitur tamen contra hoc, illius conditionalis cuius antecedens est absolute necessarium, & consequens est necessarium absolute, atqui huius conditionalis, si hoc est a Deo prouisum euenire, eueniet, antecedens est absolute necessarium, vt pote quia sit æternū, & cõsequens igitur est absolute necessariū. Præterea, Facta iam est suppositio, quod hoc sit prouisum, & præordinatum a Deo, vt eueniat, & hæc suppositio mutari non pot,

igitur ineuitaliter, & in fallibiliter eueniet.

Ad priorem obiectionem respondetur, negando minorem. Nam prouisum absolute potuit non esse prouisum. Nam cum dependeat ex determinatione diuinæ voluntatis liberæ, potuit Deus ab æternitate non determinare, id vt eueniret, & ita non esset prouisum quamuis posita determinatione æterna diuinæ voluntatis, non possit nõ esse prouisum. Prouisum igitur, absolute potuit non esse prouisum, ex suppositione tamen, non item.

Ad posteriorem vero obiectionem respondet idem Ferrariensis, distinguendo consequens. Namq; infallibiliter, & ineuitaliter eueniet, non quidem absolute, sed eo modo quo prouisum est euenire, prouisum est aut euenire contingenter, infallibiliter igitur eueniet contingenter, præparatis per diuinam providentiam illi effectui causis contingentibus. Et notat hoc loco Ferrariensis, hoc quod est contingenter euenire in separabiliter esse coniunctū huic, quod est esse prouisum euenire. Siquidem ea euenta, siue effecta, quæ pendent ex causis contingentibus & liberis, non sunt prouisa, nisi sub hac conditione, nepe quod eueniant contingenter.

Hæc doctrina est D. Thomæ. 3. contra Gent. cap. 94. Quo loco sic ait. Hæc conditionalis est vera, si Deus prouidit hoc futurū, hoc erit. Sed sic erit, sicut Deus prouidit illud esse futurum, prouidit aut illud esse futurum contingenter, sequitur ergo infallibiliter, quod erit contingenter non necessario.

Posterior propositio. Accipiendo fallibiliter euenire posteriore modo, omnia prouisa fallibiliter eueniunt. Nam sicut Deus ab æternitate statuit, quod hæc essent euentura, sic potuit non statuisse, vel certe oppositum statueret, cum Deus libere producat, quidquid producit. Et ita quod nunc est prouisum, nõ esset. Neq; tamen hinc iam consequitur, diuinam providentiam esse incertam, sed illud solum est cõsequens, prouisum vt sic, potuisse absolute non esse prouisum, licet ipsa providentia posita, mutari non possit. Ac Ferrariensis nodum huius difficilissimæ quæstionis voluit esse dissolutum in hunc modum.

Caieta-

Caietanus diluit difficultatem

Primus suppositum.

Nulli modum

3. 50 situm De Caiet doct D. T ma ruet nexi diu prou etia rü c gēti in c beru ue c herc min bitr

Prouisū euenire, secundum se fallibiliter eueniet.

Caietanus diluit difficultatē

Caietanus 1. p. q. 22. ar. 3. in annotatione circa responsionē ad primum argumentum, aliam lōge diuersam dissoluendi huius nodi & explicanda, seu potius euadenda huius difficultatis rationē est animo cōmentatus.

Primum suppositum.

Interim supponit nō nulla, in quibus illud est primum, interesse inter cōtingenter, & necessario euenire, & infallibiter, siue immutabiliter. Namq; illa duo important ordinē effectus ad causam actu positam, contingētem. s. & necessariam, quarū causarum illa quidem, nempe contingens habet potentiā ad vtrum libet, nempe ad causalitatem, siue productionem effectus & non productionē, hęc vero non item, non enim potest deficere ab ipsius effectus productione, & causalitate. Vnde contingenter euenire, nihil est aliud quam causam æque esse affectam ad esse illius, & ad oppositum, necessario vero euenire, est aliud nihil quam suam causam nō posse ab ipsius causalitate deficere. At infallibiter, seu inuitabiliter euenire importat ordinem ad diuinam providentiam sub qua continentur tam contingētia, quam necessaria, eamq; sequuntur infallibiter, seu inuitabiliter, contingētia quidem contingēter, necessaria vero, necessario. Id quod docuit diuus Thomas in responsione ad 1. & secundū. Ex quo fit vt infallibiter euenire sit cōmuniuis quiddā, quam contingenter, & necessario eueniē.

1. suppositum. De mēte Caietani doctrina D. Thomæ satis tuetur cōnexionē diuinæ providētiæ cōtingētū cōtingētā, nō tū cū libertate, siue cū libero hominis arbitrio.

Supponit secundo Caietanus, doctrinā D. Thomæ traditam in responsione ad 1. & secundum satis, superq; tueri connexionē diuinæ providentiæ infallibilis, & immutabilis cum rerum contingētia & necessitate: quippe cum infallibilitas & certitudo diuinæ providētiæ in eo sit posita, vt quæ ab ipso prouisa sunt omnia, eo prorsus eueniant modo, quo sunt diuinitus prouisa, cōtingēter. s. aut necessario. Non tamen tuetur connexionem eiusdem infallibilitatis cum libero hominis arbitrio, seu potius cum euentu libero, siue executione libera humanarum actionum. Nam si prouisum est, me crastina die facturum sacrum, licet potentiam habeam ad vtrum libet, nempe ad faciendum

sacrum, & non faciendum, non tamen potētia hęc atq; libertas reducetur in actum negationis sacri faciendi, sed affirmationis omnino, ita. s. vt sit inuitabile, quin affirmatio eueniat. Ita fit, vt omnia defacto inuitabiliter eueniant, vt pote quia diuina prouidentia iam inde ab æternitate sit actu determinata respectu omnium euentuum, quamuis quadam contingenter eueniant quædam vero necessario. Iam si omnia inuitabiliter eueniunt, nullus iam consilijs, nullus adhortationibus, nullus hominum negotijs, nullus deniq; nostris ad Deum precibus & obsecrationibus, relinquitur locus. Frustra enim consilium capitur de eo quod vitari non potest, frustra etiam quis conatū & operam adhibet, frustra hortatur, & obsecrat circa ea, quæ sunt inuitabilia.

Augetur difficultas.

3. suppositum.

Tertio supponit Caietanus communibus & tritis solutionibus, non modo non explicari, sed neq; euadi huiusmodi difficultatē.

Cōmuni solutio refutatur

Primum non satisficit quæsitō, si dicatur, euentum actionis libere esse illum quidem inuitabilem, & non inuitabilem, inuitabilem quidem secundum se, inuitabilem vero quatenus est prouisus, id quod alij dicunt, esse inuitabilem in sensu diuisionis, & absolute, spectata natura suæ causæ, non tamen in sensu compositionis, & prout subest diuinæ providentiæ.

Hęc responsio, ait Caietanus, non soluit nodum quæstionis. Nāq; actio illa, siue euentus ille iam ab æternitate est a Deo actu prouisus, igitur est simpliciter, & omnibus consideratis inuitabilis. Consequentia probatur, quia diuina prouidentia propter suam efficacitatem, & immutabilitatem superat omnes condiciones conuenientes illi euentui secundum se considerato. Est igitur simpliciter inuitabilis, secundum quid tamē inuitabilis, quemadmodum proiectio mercium in mare, est simpliciter, & omnibus expensis voluntaria, secundum quid tamen inuoluntaria: quia secundum se non est volita, sed posita.

Secundo, nō euaditur difficultas, si dicatur actū illū esse inuitabile respectu Dei, nō tū

DIS'TINCT 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

respectu nostri. Est quidem in evitabilis respectu Dei, siquidē inevitabilis ipsius consequitur esse prouisum, est autē prouisus a Deo. Est autē evitabilis respectu nostri, siquidē ad operandum finis liberi libertate contradictionis. Hæc solutio, ait Caietanus, nulla est omnino. Nam si actus est respectu Dei inevitabilis, sequitur ut a nobis sit etiam inevitabilis & omnino ac simpliciter inevitabilis. Nam quod a Deo vitari non potest, qui fieri potest, ut ab aliquo possit vitari?

4. supposito.

Quarto supponit Caietanus, non posse humanā rationem in solutione huius questionis conquiescere, nisi dicatur alterum duorum, aut quod esse prouisum non consequatur inevitabilis, aut quod inevitabilis eventus prouisi non repugnet, immo vero stet cum evitabilitate eiusdem, quorū prius licet quietaret intellectum, a doctoribus tamen communiter non conceditur, asserentibus ad esse prouisum, volitum, & prædestinatum diuinitus consequi immutabilitatem, & infallibilitatē, propter diuinæ voluntatis summam efficaciam, & diuinæ sapientiæ dispositionem consultissimam. Posterius vero illud etsi admittatur communiter à Doctoribus, non percipitur tamen ab humano intellectu. Hæc Caietanus præposita esse voluit.

De mente Caietani ad esse prouisum, non sequitur esse evitabile, aut non evitabile, sed aliquid aliud, non bis tamē ignotū.

Quocirca doctissimus Caietanus aliam commentus est explicandæ huius difficultatis rationem. Est autem ea, quia ad esse prouisum, non sequitur alterum istorum, nempe esse evitabile, aut non esse evitabile, sed aliquid aliud, quā sit inevitabilis, aut inevitabilitas, quod ipsum tamen latet nos. Etsi res ita habet, conquiescit noster intellectus, non evidentia veritatis inspectæ, sed altitudine inaccessibleis veritatis occultæ. Et hoc, inquit Caietanus, sufficit ingeniolo meo, tum propter rationem, nempe quia cum deus sit causa vniuersalissima eminenter continet causalitatem omnem, contingentē scilicet & necessariam per se, & per accidens, ac proinde deus neq; est causa contingens, neq; necessaria, neq; per se, neq; per accidens, sed vniuersalissima eminenter continens omnē huiusmodi causalitatem. Ad eundē etiam modū

ad esse aliquem effectū, & eventū prouisum a Deo, non sequitur quod sit evitabilis, aut inevitabilis, sed alius aliquid, nobis tamē occultum: vel ex parte ordinis, qui inter Deum, & eventū prouisum intercedit, vel ex connexionē inter ipsum eventum, & esse prouisum. Tum, quia ut ait Greg. Minus de Deo sentit, qui hoc tantum de illo credit, quod suo ingenio metiri potest.

Quocirca colligit Caietanus consultius esse in hac materia credere, quod sancta mater Ecclesia credit, quam asserere tanquā euidētia, quæ intellectum non quietant. Ita Caietanus hunc nodum solui potius existimat ignorantia, & inscientia, quam eiusdem non vera, sed præsumpta scientia.

Ac hæctenus quidem Caietanus bene. Et enim vnum ex ijs, quæ captum humani intellectus, & humanæ rationis superant longissime, est hæc diuinæ providentiæ cum rerum, & eventuum contingentia, cumq; humanarum actionum libertate coniunctio, atque copulatio. Cæterum illud male, quia ait, ad esse prouisum a Deo, non sequi quod illud sit evitabile, aut non evitabile, sed aliquid aliud. Nam cum evitabile, & non evitabile contradictorie opponatur, omnino est necessarium, ut alterum illorum de effectu prouiso verificetur, nempe quod aut sit evitabile, aut non evitabile. Et ita manet eadem difficultas, scilicet quod ordo diuinæ providentiæ non sit certus, si cuncta prouisa sunt evitabilia, aut certe omnia eueniant necessario, si ponatur ordinem diuinæ providentiæ esse inevitabilem. Et sic redit eadem difficultas, quam tamen illo modo a se nouiter excogitato existimavit se euadere Caietanus.

Sylvester in confiato q. 22. art. 15. longe diuersam excogitavit euadendæ huius difficultatis rationem, quæ vtinā tam vera esset quam est ad tollendā, atq; profligandam omnem difficultatem accomodata. Existimat enim Sylvester diuinam voluntatem non esse determinatam quoad faciendā, & eventus rerum, ita ut non possit in oppositum sine sui mutatione, ante illud instans, in quo res ponuntur extra Deum, sed semper

cauetur
de soluti
one Caietani.

iudiciū
authorit
de soluti
one Caietani.

sylvestri
de re pro
posita o
pinio.

Fundamē
tum syl
uestris.

per vsque ad illud instans existentiae rerum extra suas causas, diuinam voluntatem fuisse indifferentem, & per consequens potuisse in oppositum. Ex quo subinde sequitur, diuinam voluntatem in ipso nunc existentiae rerum determinari, ac proinde Perum praedestinari cum ei beatitudo sempiterna tribuitur, & effectum esse prouisum in ipso nunc existentiae eius, in quo determinatur diuina voluntas. Fundamentum opinionis est, quia alias neque in Deo saluari posset libertas voluntatis, neque in rebus ipsis contingentia. Id quod hoc vnico explanatur exemplo. Nam supposito quod Socrates sit albus, non potest esse niger, & tamen non potest in veritate poni quod sit albus, antequam ei insit albedo. Ad eundem etiam modum, supposito quod Deus velit Antichristum esse, neque deus potest illud non velle, neque Antichristus potest non esse, & tamen non potest in veritate poni quod deus determinate, & absolute illud velit, antequam illud ponatur in natura rerum. Quocirca si diuina voluntas ab aternitate esset ad omnia effecta determinata proclubio voluntas dei nunquam respectu illorum effectuum fuisset in differens, & valens in oppositum. Nam supposito quod deus velit, non potest non velle, atqui ab aternitate voluit, ab aternitate igitur non potuit non velle, ac proinde nullum fingi animo potest instans, quo potuerit ad oppositum citra mutationem. Cum igitur voluntas dei respectu omnium quae sunt, sit libera libertate contradictionis, omnino asserendum est, diuinam voluntatem nunquam ad volendum ea fuisse determinatam, determinatione proprie dicta, ita scilicet quod non possit in oppositum citra sui mutationem, ante illud instans, in quo res ponuntur in esse naturae, sed semper ante illud instans fuisse indeterminatam, & potuisse in oppositum. Alioqui non video, inquit Syluester, quo pacto, & in deo libertatem, & in effectis, siue eventis contingentiam tueri, ac retinere possimus. Haec est imaginatio Syluestri, quae utinam tam esset vera, quam apte, & facile huius difficilissimae quaestionis nodum dissoluit.

Obijcit tamen sibi ipse Syluester multa.

in primis illud obijcit, quia diuina voluntas ab aeterno fuerit determinata ad omnia effecta, non igitur pro eo, nunc, quo effectus qui libet ponitur in esse. Cōsecutio nota est, Antecedens receptum est ab omnibus Theologis, alioqui Deo noua accederet voluntas, & ita eidem mutabilitas conueniret.

Secundo obijcit, accipio illud nunc in quo determinatur diuina voluntas, aut est nunc aternitatis, aut nunc temporis, si nunc aternitatis igitur determinatio diuinae voluntatis antecessit aternitate omnia effecta, consecutio firma est, siquidem nunc aternitatis antecedit aternitate omnia nunc temporis, & per consequens res sunt volitae antequam ponatur esse in natura rerum, & ideo nunquam diuina voluntas valuit ad oppositum. Sin vero est nunc temporis, ergo actus diuinae voluntatis tempore mensuratur, quod est falsum.

Obijcit tertio idem author sibi ipsi. Diuina voluntas non est semel ac simul ad omnia determinata, sed successu quodam, id quod tamen, cum arguat imperfectionem, diuinae voluntati non videtur esse tribuendum.

Haec quae contra sunt obiecta diluit idem Syluester. Ad primam objectionem respondet adhibita distinctione. Namque diuinam voluntatem ad omnia in tempore gerenda fuisse ab aeterno determinatam, duobus potest modis intelligi, vno modo, ut sit sensus, diuina voluntas ab ipsa aternitate fuisse ad omnia determinata, ita quod determinatio diuinae voluntatis hoc temporis instans praesens, in quo res ipsa actu ponitur, aternitate antecesserit; Ac sub hoc sensu negandam putat Syluester illam propositionem, siquidem voluntas sic determinata non potest in oppositum citra sui mutationem, iam autem voluntas dei est libera libertate contradictionis, respectu omnium, quae sunt extra Deum. Altero modo, ut sit sensus, ab aeterno, id est, in ipsa aternitate, siue in ipso nunc aternitatis, quod coexistit illi nunc temporis, in quo res ponitur in natura, ante quod tamen instans voluntas Dei non fuit proprie determinata, sic videlicet quod non possit in oppositum. Et sub hoc sensu concedendam putat Syluester illam propositionem.

Syluester multa. 1. obiect.

2. obiect.

3. obiect.

Responsio ad objectionem.

Ad primam.

obijcit sibi ipse

DISTINCT. 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

Si contra obijcias, accipio illud nunc tēpo-
ris, in quo res actu ponitur, aut res illa evenit
euitabiliter, aut ineuitabiliter, si euitabiliter,
ergo diuina prouidētia falli pōt, siquidē pro
eo nunc sit ille effectus prouifuseuenire, si ine-
uitabiliter, non igitur contingenter euenit.
Respondet Syluester tribus propositionibus,
quarū hęc est prima. Omne cōtingēs prouifū
a deo, euenit euitabiliter. Id porro cū ex eo in-
telligitur, quia deus pōt illud nō puidere vsq;
ad illud instās, in quo actu ponitur, tū ex eo
quia ipsius causa cū sit cōtingēs, pōt impediri.

Secunda propositio. Pro eo nunc quo ille
effectus actu ponitur, infallibiliter euenit.
Nā cum pro eo nunc euenire sit prouifus, di-
uina aut prouidentia falli non possit, sequi-
tur omnino, vt infallibiliter eueniat. Omne
enim quod est, quando est, necesse est esse, id
quod verum est in sensu compositionis.

Tertia propositio. Posito quod non eueni-
at, cōsequenter illud deponitur, nēpe hoc est
prouifum. Nunquā enim fuit prouifū eueni-
re. Et de hoc, inquit Syluester, pleni sunt libri.

Ad 2. Ad secundam obiectionem respōdet Syl-
uester, illud nūc determinationis diuinæ vo-
luntatis, esse nō quidē nunc tēporis, sed nūc
æternitatis, sed tamen negatur consecutio.
Nāq; aliud est in ipsa æternitate determina-
ri diuinā volūtātē, & aliud ab ipsa æternitate
vt patet ex superioris argumēti explicatione.

Ad 3. Ad tertiam obiectionem respondet Syl-
uester adhibita similiter distinctiōe. Namq;
determinatio diuinæ voluntatis potest duo-
bus modis spectari, vno modo ex parte sui, al-
tero modo ex parte temporis nostri. Priori
modo diuina voluntas simul est ad omnia
determinata, improprie tamen, quatenus sci-
licet actus diuinæ voluntatis semper est in-
egrediendo a diuina voluntate, & nunquā se
habet vt aliquid præteritum, sic enim manet
semper liber respectu futurorum. Vt ait D.
Thomas 1. d. 39. q. 1. ar. 1. vt pote quia sit in
ipso determinari, & non sit absolute positus
a voluntate. Adde, quia deus quidquid vult,
in vno & eodem nunc, quod est nunc æterni-
tatis, vult. Quod ipsum semper est præsens,
& cœxistit omnibus. Cæterū posteriori mo-

do diuina voluntas nō est simul ad ōnia de-
terminata. Nā sic causa sine qua non deter-
minationis est creatura posita in actu in hoc
nunc tēporis, ante quod nunc volūtas diuina
valuit in oppositū. Ita fit vt si qua est succes-
sio sit in tēpore, & nō in æternitate. Ita de sen-
tētia Syluestri, volūtas respectu alicuius pōt
esse determinata dupliciter, vno modo pro-
prie, & perfecte, quando s. non pōt in opposi-
tū sine mutatione, altero modo imperfecte,
& improprie, quando s. est in ipso determi-
nari, ita quod eque possit in vtrūq;. Ac priori
quidē modo inquit, diuina volūtas est deter-
minata respectu præsentiu, & præteritorum,
posteriore vero modo respectu futurorū, &
contingentiū. Ac sub hoc sensu dictum est à
D. Thoma de poten. q. 1. ar. 5. ad 13. quod li-
cet deus sit immutabilis, tamē diuina volūtas
non est determinata ad vnū in ijs quæ faciē-
da sunt, & ideo habet liberū arbitrium. Hęc
Syluester, cuius nos opinionē iam alibi refu-
tauimus, nempe dist. 35. q. 14.

Vrgemur tamē vehementissime D. Tho-
mæ illa citata autoritate. Nā si diuina volun-
tas respectu eorū quę gerenda sunt, nō est de-
terminata ad vnū, & propterea est libera li-
bertate cōtraditionis respectu futurorū cōtin-
gentiū, sequitur vt ab æternitate non sint eue-
ta, neq; præuisa, neq; prouisa, neq; diuina ele-
ctio aut prædestinatio sit æterna, sed tēpora-
ria. Contra quod tamen videntur significare
testimonia scripturæ, quę alibi ad refutatio-
nem huius sententiæ protulimus.

Huic obiectioni nō video posse aliter occur-
ri, nisi priore illa Syluestri distinctiōe, vt si-
dicatur volūtas respectu alicuius determina-
ta bisariā, vno modo pprie, altero modo im-
proprie. Tunc volūtas est respectu alicuius
effectus determinata pprie, quādo nō valet
ad oppositū, nēpe nō velle. Tunc vero est de-
terminata improprie, quādo est in ipso deter-
minari, siue in ipso elicere volitionē, tunc .n.
manet libertas in voluntate respectu futuri
quod non dum est, & pōt voluntas illud nō
velle. Hęc solutio de sumpta est ex doctrina
Diui Thomæ. 1. d. 39. q. 1. art. 1. & 2. cuius
hęc sunt verba. Cum igitur actus diui-

Determi-
natio di-
uinæ vo-
luntatis
duplex,
vna in fi-
eri, altera
in facto
esse. iux-
ta Sylue-
strum.

D. Thom.
authori-
tas vrget.

Obijci
vehem-
tissimè
D. Tho-
mam.

nae voluntatis semper sit in actu, & non pertransiens, quia in aeternitate, qua actus divinae voluntatis mensuratur, nihil praeterit, neque succedit, in futurum, hoc est, respectu futuri, semper est quasi in egrediendo a voluntate, & ideo manet libertas divinae voluntatis respectu illius, & potest non velle illud. Non tamen potest simul velle, aut non velle, aut nunc velle, & postea non velle. Illud siquidem involuit repugnantiam, hoc vero arguit mutabilitatem divinae voluntatis.

Obijcitur
vehementissime
a D. Thomam.

Ego vero contra obijcio, actus divinae voluntatis, qui respectu futuri est quasi in egredi, & elici ab ipsa voluntate, hoc est, semper elicitur & nunquam est praeteritus, terminator ne ad futurum, tanquam obiectum aut non terminatur, dici non potest quod non terminatur, ut patet, terminatur igitur, ac proinde vult illud, igitur impossibile est non velle illud, Nam omne quod est, quando est, necesse est esse, igitur si vult, impossibile est non velle pro eodem instanti quo vult. Cumque instans aeternitatis sit unum, & simplicissimum, sequitur ut quidquid vult pro instanti aeternitatis, non possit non velle pro eodem instanti, ac proinde non habeat libertatem ac facultatem ad utrumque oppositorum, non solum respectu praesentium, & praeteritorum, verum etiam respectu futurorum, ad quae, in ipso elici, terminatur actus divinae voluntatis iam inde ab aeternitate. Quocirca omnis iam redit difficultas, nempe quod res non eveniant inevitabiliter, sed inevitabiliter. Namque eventus sequitur ordinem divinae providentiae, ordo autem divinae providentiae sequitur determinationem divinae voluntatis, atque divina voluntas respectu eorum quae sunt gerenda est iam inde ab aeternitate ad unum determinata, eaque est immutabilis, non possunt igitur non evenire, quae eveniunt, & non possunt non fieri, quae fiunt, fato igitur eveniunt omnia. Optime ergo & discrete dicebat Caeletanus huiusmodi explicationem superare captum humanae rationis, & verius solum ignorantia, & insipientia, quam eiusdem non vera, sed praesumpta scientia.

Haecenus D. Thomae, & eiusdem interpretum, & sequacium attulimus explicationes, reliquum est ut aliorum etiam theologorum explicatio-

nes expedamus. Interim nota Capreolum D. Thomae auctoritate 1. d. 39. q. 1. ar. 1. secutum, hanc difficultatem explicare, considerando actum divinae voluntatis, penes egredi, aut egressum esse, quemadmodum expendit Sylvester.

Doctissimus Gregorius Ariminensis, d. 28. q. 2. ar. 3. de re proposita nonnullas statuit propositiones, ex quibus facile perspicitur, & intelligi potest illius quaestionis explicatio. Ac propositionum haec est prima. Ex infallibilitate divinae providentiae, & praescientiae non excluditur, sed manifeste potius concluditur contingentia futurorum. Hanc propositionem ostendit in hunc modum. Dei praescientia non aliter providet res fore, quam illae sint futurae, atque futura contingentia, futura sunt contingenter & libera, libere, ergo deus praevidet, contingentia quidem, futura esse contingenter, libera vero, libere. Vebigratia Deus praesciuit Petrum peccaturum, cumque nullus peccet nisi voluntarie, & libere, sequitur ut Deus sciat Petrum libere peccaturum. Consequenter firma est, siquidem Deo non sint res aliter notae quam sint, alioqui aut divina scientia esset falsa, aut diminuta.

Gregorij
sententia
exponitur.

1. Propositio
iuxta mentem
Gregorij.

Deo res
non sunt
aliter nota,
quam
sint.

Iam iuxta doctrinam huius propositionis, & probationis eiusdem, illius communis argumenti, negatur consecutio, nempe quod effecta praevisa, aut provisa eveniant necessario. Nam eodem modo eveniunt, quomodo Deus praevidet eas esse eventura, praevidet autem esse eventura contingenter, aut libere, contingenter igitur, & libere eveniunt. Non igitur ex infallibilitate divinae praescientiae, aut providentiae, necessarius eventus rerum sed contingens potius, & liber conficitur.

Res eodem modo eveniunt, quo deus praevidet eas esse eventuras.

Hoc ipsum confirmat doctissimus Gregorius auctoritate Augustini, de libero arbitrio cap. 5. quo loco communem illam difficultatem ponit Augustinus, & diluit. Accedit, inquit Augustinus, quanta caecitate dicatur. Si praesciuit deus futuram voluntatem meam, quoniam nihil potest aliter fieri, quam praesciuit, necesse est ut velim, quod ipse praesciuit. Si autem necesse est, iam non voluntate, sed necessitate me velle fatendum est. Respondet iam Augustinus. Ostulitiam singulari. Quomodo ergo non potest aliquid aliud fieri, quam deus praesciuit, si voluntas non erit, quam voluntatem futuram ille praesciuit. Negat Augustinus

Augustinus.

DISTINCT 39. DE DIVINA PROVIDENTIA.

consecutionem illam, nempe quod si deus præsciuit voluntatem meam futuram, & non possitaliter evenire quam ipse præsciuerit, quod necessario velim. Imo vero, inquit Augustinus, oppositum concluditur, nempe quod libere velim. Nam deus præsciuit voluntatem meam, hoc est, me velle voluntate, & libertate, non ergo necessitate volo, alias aliquid aliud fieret, quam Deus præsciuit. Unde subiungit Augustinus. Cum Deus sit præsciens voluntatis nostræ, voluntas ergo erit, si quidem voluntatis est præsciens. At voluntas esse non poterit, si in potestate non erit, ergo potestatis est etiam præsciens. Non ergo per eius præscientiam potestas mihi admittitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille cuius præscientia non fallitur, assuturam mihi esse præsciuit. Ita ex infallibilitate diuinæ providentiæ, & præscientiæ non excluditur, sed necessario potius concluditur rerum contingentia, & humanarum actionum libertas. Hanc doctrinam secutus est D. Thomas supra citatus in explicatione huius questionis.

Secunda propositio. Diuinæ scientiæ intuitus nullam rebus præuisis adiungit eveniendi necessitatem. Probatio. Quæ admodum se habet noster intuitus ad ea quæ intuemur, eodem modo se habet diuinus intuitus ad ea quæ deus intuetur, At qui noster intuitus nullam addit rebus conspectis necessitatem, non enim quia cerno Petrum ambulantem, iam fit, ut necessario ambulet, ita neque diuinus intuitus cuncta despiciens efficit, ut quæ contingenter fiunt, fiant necessario. Hanc rationem ponit Boet. 5. de consol. profa sexta, sic inquit, Quid ergo postulas, ut necessaria fiant, quæ diuino lumine lustrantur, cum ne homines quidem necessaria esse faciant, quæ vident. Num quæ præsentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus?

Et confirmatur vehementissime. Quia si per impossibile Deus ignoraret petrum esse peccaturum in instanti A, nihilominus petrus contingenter peccaret in A, ergo non proinde necessario peccat in instanti. A. quia Deus scit illum peccaturum in A. Alias

scientia, accedens mutaret qualitates rerum, & efficeret propositiones suapte natura prius contingentes, necessarias, quod est falsum. Non pugnat igitur quod deus sciat petrum esse peccaturum, & tamen ipse possit non peccare, vel possit non esse peccaturus.

Hinc iam intelligitur illius communis argumenti, & difficultatis explicatio. Etenim cum certa futurorum præscientia & cum infallibili diuinæ providentiæ ordine cohæret, & conuenit eorum contingentiæ. Ut enim diuina scientia rebus præuisis, sic et diuina providentiæ rebus prouisis nullam iniungit eveniendi necessitatem.

Tertia propositio. Si euentus rei præuisæ, aut prouisæ impediatur, non proinde diuina præscientia, aut providentiæ fallitur: siquidem nunquam fuerit in diuina præscientia, aut providentiæ quod eveniret. Et hæc est tertia illius communis difficultatis explicanda ratio, quam tradunt veteres, nempe Augustinus 5. de ciuit. Dei cap. 10. Boetius 5. de consolatione, & Hugo primo de sacramentis libro parte 2. cap. ultimo. Ac Augustinus audiamus. Homo, quem Deus peccaturum præsciuit, peccat quidem actu, si nolit, omnino non peccat, sed si peccare noluerit, etiam hoc ipse præsciuit. Ita de sententia Augustini recte sequitur, iste non peccat, ergo Deus non præsciuit ipsum esse peccaturum. Antecedens autem est in potestate eius, ut idem ait Aug. Quocirca apud Augustinum hæc duæ propositiones sunt composibiles, Deus scit hunc peccaturum, & hic potest non peccare, quæuis hæc sint incompatibiles, Deus scit hunc peccaturum, & iste non peccabit.

Seuerinus etiam Boetius sic ait. Respondebo propositum quidem tuum te posse deflectere, sed quoniam & illud te posse, & an facias, quouere conuertas, præsens providentiæ veritas intuetur, diuinam te præscientiam non posse vitare, assero. Quasi dicat. Deus scit te posse in hanc vel illam partem voluntatem posse conuertere, scit etiam in quam partem de factis inclinaturus. Et si in oppositum inclinaturus esses, hoc etiam deus præsciuisset.

Venerabilis Hugo sic ait. Nos dicimus, quod si mutaretur euentus, (id quod fieri potest) non

1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200

2. Propositio.

3. Propositio.

Augustinus.

Boetius.

Hugo.

4. Propositio.

Duple necessitas, vna simple & abstracta, altera conditiuata.



non mutaretur tamen, neq; quassaretur pro-
videntia, quia hoc omnino fieri non potest,
sed potius nunquam fuisset praevium, quod
nunquam fuerat futurum. Et constaret pro-
videntia in eo, ut non fieret, sicut in eo mo-
do consistit ut fieret, etc.

4. Propo-
sicio.

Quarta conclusio. Divina praescientia re-
bus praevius ut apponat necessitatem conse-
quentiae, non tamen consequentis. Recte e-
nim sequitur. Deus praevit petrum pecca-
turum, peccabit igitur, non tamen necessa-
rio peccabit, quasi non possit non peccare,
perinde atque homo non potest non esse an-
nimal: Hac est communis huius difficulta-
tis explicatio, eaq; facilis, & aperta, quae ex
Boetio sumpta est, locis supra citatis, quibus
locis sic ait. Duae sunt necessitates, simplex
vna, veluti quod necesse est omnes homines
esse mortales, altera conditionalis, ut si que
ambulare scias, ipsum ambulare necesse est,
quod enim quisq; novit, illud aliter esse, atq;
notum est, nequit. Sed haec conditio mini-
me secum illam simplicem trahit. Hanc e-
nim necessitatem non propria facit natura,
sed conditionis adiectio. Nulla enim neces-
sitas cogit incedere voluntate gradientem,
quamvis tu cum gradiatur, incedere necesse
sit. Eodem ergo modo providentia quod
praevius videt, id esse necesse est, tamen si nul-
lam naturae habeat necessitatem, Atqui de-
us ea futura, quae ex arbitrij necessitate pro-
veniunt, praevius contuetur, haec ergo ad
intuitum relata divinum, necessaria sunt,
per conditionem divinae notionis, per se ve-
ro considerata, ab absoluta sua naturae liber-
tate non desinunt.

Duplex
necessi-
tas, vna
simplex
& absolu-
ta, altera
conditio
nata.

Ex quibus Boetij verbis colligitur, non so-
lum Dei, verum etiam hominis scientiam re-
bus scitis imponere necessitatem consequen-
tiae, & non consequentis. Si enim scio Petrum
ambulare, necesse est ipsum ambulare ita quod
incoposibile sit, me scire Petrum ambulare, &
ipsum non ambulare, quae admodum est impossi-
bile ipsum ambulare, & non ambulare. Per se tamen
hoc est, simpliciter, & sine vlla conditione
sumptum, libere, & contingenter ambulat.
Ex quo fit proinde ut potuerit non ambulare

Eodem modo se habet in futuris contingē-
tibus.

Sed hoc loco occurrit magna dubitatio. Nam
si supposito quod deus praesciverit Petrum
peccaturum, Petrus peccabit, alias divina praescientia falleretur, sequitur quod si possit, il-
lo etiam supposito, non peccare, quod divi-
na praescientia possit falli, consequentia fir-
ma est, quoniam quemadmodum se habet esse
ad esse, ita posse ad posse: unde si ad hoc
quod eventus praescitus non sit, illud est con-
sequens ut divina praescientia fallatur, relin-
quitur ut ad hoc quod eventus praescitus
possit non esse, illud sit consequens, ut divi-
na praescientia possit falli, At divina praesci-
entiam posse falli, est impium dicere, igitur
eventus praescitus sic erit, ut non possit non
fore.

Magnadu-
bitatio.

Hac obiectio auget difficultatem & rem
totam efficit, non solum explicatu, verum
etiam intellectu difficiliorem. Nos tamen
negandam existimamus consecutionem. Nam
ad hoc quod possit non esse, non est illud con-
sequens, quod divina praescientia possit
falli, sed quod talis eventus potuerit non praesciri,
ut patet ex doctrina sanctorum supra
tradita in 3. conclusionis explicatione.

Respon-
sio

Tandem cum doctissimo Ferrariense 3.
contra Gent. cap. 94. ad finem annotationis
concludamus, quod cum evidenti ratione ostē-
di possit divinam providentiam esse certam
& sensu, & experientia percipiamus nos esse
liberos, ut qui multa pro arbitrio nostro ope-
remur, fatuum est negare aut nos libero non
esse praeditos arbitrio, aut divinam providen-
tiam non esse certam, quorum alioqui euidē-
tem notitiam habemus, propter inevidentiam
eius quod nostrum ingenium superat, quodque
ingenij nostri viribus assequi non possumus.
Ac de divina scientia, praescientia, & providē-
tia, haec tenus.

DISTINCTIO

XL. ET XLI.

¶ De divina praedestinatione.

Reso-

Resolutio distinctionis
quadragésimæ.

Distinctione quadragésima Magister agit de scientia Dei, quoad speciales effectus. scilicet prædestinationem et reprobationem. Est igitur huius distinctionis hæc prima conclusio.

Prædestinatio est gratiæ preparatio, quæ sine præscientia esse non potest, tamen sine prædestinatione esse possit præscientia.

Secunda conclusio. Prædestinatorum nullus potest damnari, neque reprobatorum aliquis potest saluari. Ita certus est electorum numerus, ita ut neque minui possit, neque augeri.

Obijci contra potest. Deus potest non apponere gratiam quibus apponit, et subtrahere, quibus non subtrahit, hoc si faceret, non saluarentur, sed damnarentur, potest ergo minui electorum numerus. et rursus potest Deus apponere gratiam ijs, quibus non apponit, hoc si faceret, non damnarentur, quia habita gratia saluarentur, igitur potest augeri electorum numerus.

Dixit Magister distinguendo has propositiones, prædestinatus potest damnari, reprobatus potest saluari. Habent enim duplicem sensum, sub uno sensu sunt veræ, sub alio sunt falsæ. Sunt igitur veræ in sensu diuisionis. Nam et ille qui prædestinatus est potest damnari, potuit enim non prædestinari, et ita damnaretur. et ille qui reprobatus est potest saluari, potuit enim non reprobari, et ita saluaretur. Sunt autem falsæ in sensu compositionis. Nam prædestinatus ut sic non potest damnari, et reprobatus ut sic, non potest saluari. Cõiunctim ergo falsæ sunt, desinctim vero, veræ.

Contra, prædestinatus non potest modo

non esse prædestinatus, ergo non potest damnari. Consecutio firma est, quia fieri non potest ut aliquis sit prædestinatus, et damnetur. Antecedens probatur. Prædestinatus ab eterno est prædestinatus, ergo non potest modo non esse prædestinatus.

Respondetur coniunctim accipiẽdo, prædestinatum non posse non esse prædestinatum, et prædestinatum ab eterno, non posse modo non esse prædestinatum. Ac disiunctim accipiẽdo, potuit ab eterno non prædestinari, et ita modo esse non prædestinatus. Cum ergo Deus ab eterno potuerit non prædestinare, potuit non esse prædestinatus. Qui si non fuisset prædestinatus, et modo potest non esse prædestinatus. Ita in sensu diuiso conceditur antecedens, in sensu vero composito, negatur.

Tertia conclusio, Sicut prædestinatio est gratiæ preparatio eorum, quos elegit Deus ante mundi constitutionem, ita reprobatio est præscientia iniquitatis quorundam, et preparatio damnationis eorundem.

Hinc iam intellige inter prædestinationem, et reprobationem discrimen. Nam omnem effectum prædestinationis Deus et præscit, et præparat. Ac aliquem effectum reprobationis Deus præscit, et non præparat, alium vero et præscit, et præparat. Præscit enim Deus iniquitatem, et non præparat, non enim sicut sanctos præparauit ad iustitiam, sic malos præparauit ad iniustitiam. Præparatis enim præparator non est Deus. Pœnam vero eternam et præscit, et præparat. Præparauit enim Deus malis ignem eternum.

Quarta conclusio. Est ergo prædestinatio præscientia et preparatio beneficiorum

Dei.

Dei, quibus certissime liberantur, quicūq; liberantur. Reprobatio vero, præscientia malitiæ in quibusdam non finiēda, et præparatio pœnæ non terminandæ.

Quinta conclusio. Sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio, quæ in præsentī iustificamur, et ad perseverandū in bono adiuvamur, et in futuro beatificamur, ita reprobationis effectus in præsentī quidem est obduratio, id est, gratiæ subtractio, obdurat enim Deus non malitiā impartiendo, sed non dando gratiam, in futuro vero, est pœnæ æternæ inflictio.

DISTINCTIO XXXI.

¶ Resolutio quadragesimæ primæ distinctionis.

Distinctione quadragesima prima, querit Magister utrum prædestinationis, et reprobationis sit aliquod meritum? Posita distinctione, respondet quæstioni duabus conclusionibus. Distinctio est huiusmodi. Prædestinatio, et reprobatio in scripturis, et apud veteres accipiuntur duobus modis, uno modo pro effectu utriusque, altero modo pro ipso actu prædestinationis, aut reprobationis ad hunc vel illum terminatæ.

Est ergo prior conclusio. Effectus prædestinationis, qui est gratia, nullū est meritum, sic enim gratia euacuaretur, si gratis non donaretur. At effectus reprobationis, qui est obduratio, est meritum. Obdurat enim Deus secundum iudicium, iudicium autem meritis redditur.

Posterior conclusio. Ipsius prædestina-

tionis, quæ Deus ab æterno elegit quos voluit, ac reprobationis, quæ Deus ab æterno præsciuit quosdam futuros malos, et dānandos, nulla sunt merita. Probatio. Deus elegit Iacob, et reprobavit Esau, at utriūq; sine meritis, igitur prædestinationis, et reprobationis nulla sunt merita. Maior patet ex Malach. 1. Minor vero ex Paulo ad Rom. 9. Et confirmatur ratione. Nam Deus aut elegit, et reprobavit ex meritis, propter merita quæ tunc illi duo fratres habebant, aut propter merita quæ præviderat illos habituros, non propter merita quæ tunc habebant, quia nulla habebant, quoniam nondum existebant, neque propter futura merita, quæ præviderat, igitur nō ex meritis aut illum elegit, aut illum reprobavit. Aliquando Augustinus putavit, Deum ideo elegisse Iacob, quia tale eum futurum præsciuerat qui in eum crederet, et ei serviret. Id quod tamen retractavit Augustinus. 1. retractationum cap. 23. Nō ergo quia futuros nos tales esse præsciuit, ideo elegit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ, quæ gratificavit nos in dilecto filio suo.

Obijcit Magister contrariam sententiam ex Augustino in libro. 83. quæstionū q. 98. sed solvit inquires, illud fuisse in suo simili retractatum, nempe in superiori illa supra citata sententia.

QUÆSTIO. I.

Vtrum Deus aliquem prædestinet?

Nitio exponēda est vis huius nominis, iuxta usum, & consuetudinem loquēdi scripturarū. Et enim hoc nomen usurpatū frequenter legitur in scripturis. Namque ij qui ab beatam cū Deo vitam

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Rom. 8.

Ephes. 1.

Destinare duo significat.

1. Mach. 1.

Suetoni.

2 Cor. 8.

Cicero.

sub qua significatio electi, praedestinati nominantur.

Electi ad vitam aeternam, praedestinati nominantur, tum quia transmittuntur ad celestem beatitudinem, tum quia ad eadem praedestinantur.

vitam agendam sunt diuinitus delecti, praedestinati in scripturis sanctis appellatur, ut patet ex epistola ad Rom. cap. 8. & ex epistola ad Ephes. cap. 1. Priore loco sic habet Paul. Na quos praeciuit, hos praedestinavit, quos aut praedestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, quos aut iustificavit, illos, & glorificavit. Posteriore vero loco sic habet Paulus. Qui praedestinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum in ipsum.

Ceterum, quoniam hoc verbum, destinare, non solum in scripturis sanctis, verum etiam usu latine loquentium pro duobus accipi consueverit, & pro eo quod est mittere, & pro eo quod est statuere, & ordinare, ac priore significatione usurpatum est 1 Mach. cap. 1. Quo loco dicitur. Destinaverunt aliquos de populo, & abierunt ad regem, & apud Suetonium in vita Gallici, quo loco dicitur Praetorianos cum mandatis ad Imperatorem destinavit. Posteriore vero significatione usurpatum est illud verbum a Paulo 2. Corin. h. cap. 8. ubi ait. Non ex necessitate, sed prout destinavit unusquisque in corde suo, hilariter enim datorem diligit Deus. Sub hac etiam significatione frequentior est apud Latinos scriptores huius verbi usus. Unde Cic. ad Attic. At ego iam destinata. i. mecum ipse statueram.

Cum igitur hoc verbum destinare significet cum mittere, tum statuere, iam expendendum est, sub qua significatione delecti ad vitam beatam, dicantur in literis sanctis praedestinati, an quia praemissi, hoc est, decreto Dei iam antea missi in celestem beatitudinem, an potius quia praordinati, siue praefiniti ad eandem beatam vitam consequendam.

Dicimus sub utraque significatione electos dici praedestinos, tum quia praemittuntur, tum quia praordinantur & praefiniuntur. Mittuntur quidem, quia quemadmodum sagitta a proiciente ad scopum transmittitur, ita Deus electos suos ad beatitudinem consequendam transmittit, quam alioqui ipsi suis viribus assequi non possunt, & quia voluntas haec Dei est aeterna, proinde dicuntur praemitti, hoc est, aeterno Dei decreto missi, eo

scilicet, quo ipsi suis viribus peruenire non possunt, quemadmodum sagitta nisi mittatur, scopum non attingit. Sub hoc sensu docet D. Thomas. 1. p. q. 23. articulo. electos dici praedestinos, quia scilicet decretos Dei aeterno in beatitudinem caelestem praemittuntur. Sic enim ait. Ad illud autem ad quod non potest aliquid virtute sua natura peruenire, oportet quod ab alio transmittatur, sicut sagitta a sagittante mittitur ad signum. Unde proprie loquendo creatura rationalis, quae est capax vitae aeternae, perducitur in ipsam quasi a Deo transmissa, etc.

Dicuntur etiam praedestinati, quia praordinantur, hoc est, aeterno Dei consilio, & decreto ad vitam aeternam per certa media consequendam, ordinantur. Et haec posterior significatio sub verbo praedestinationis in scripturis sanctis continetur, non prior. Id quod ex eo patet, quia ubi interpretes Latinus vertit, praedestinus, in Graeco est, *ορισθεις*, siue *ορισθεις*, ut patet ad Rom. 1. & ubi vertit, praedestinavit, in Graeco est *προωρισει*, siue *προωρισει*, ut constat ex epistola ad Rom. 8. & ex epistola ad Ephes. cap. 1. iam autem Graeco *ορισθεις* est *ορισθεις*, & *προωρισει* est *προωρισει*, siue praestituere. Ex quo fit ut praedestinati ob id potius, iuxta formam loquendi scripturarum, dicantur electi, quia praordinantur ad vitam aeternam, quam quia praemittuntur. Utraque tamen significatio quadrat, & convenit electis.

Ita fit ut praedestinatio sit aut praemissio, siue transmissio, aut praordinatio, & praestitutio hominis in vitam aeternam. Vide Damasc. 1. de fide orthodoxa cap. 30. & D. Hieronymum in comment. ad Ephes. cap. 1.

Utrum vero hoc verbum, etiam non electis conveniat, dubium est. Pro quo primum dicimus, in literis sanctis nullibi hoc verbum non electis attribui, sed iis solum, qui ad vitam aeternam sunt delecti.

Secundo dicimus, Patres hoc verbo in iis etiam nominandis, quos reprobos vocant, usos fuisse. Unde August. 15. de civitate Dei cap. 1. ait. Quis etiam mystice appellamus civitates duas hoc est, duas societates hominum, quarum est una, quae praedestinata est in aeternum regnare cum Deo, altera aeternum supplicium subire cum diabolo.

Thomas.

Verbo praedestinationis continetur prior praedestinatio quam praemissio.

Praedestinatio est hominis in vitam aeternam aut transmissio aut praedestinatio.

Praedestinati etiam dicuntur non electi apud patres. Augustinus.

Augustinus.

Praedestinatio sumpta.

Praedestinatio sumpta.

Differrentia & destinatio.

Contra Deum quo delecti.

Augustinus. diabolus. Idem lib. 21. cap. 24. sic ait. Denique si de aliquibus ira ecclesia certa esset, ut qui sunt illi etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sunt constituti, tamen praedestinati in aeternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oret, quam neque pro ipso. Subinde praedestinationis verbo utitur nominando electos, sic inquiens, pro ijs enim solis exauditur, qui etsi aduersantur ecclesiae, ita tamen sunt praedestinati, ut pro eis exaudiatur ecclesia.

Hinc iam intelligi licet hoc verbum praedestinati, accipi duobus modis, latius videlicet, & pressius. Latius sumptum significat ordinationem creaturae in suum finem, siue naturale siue super naturale, siue consentaneum naturae, siue non consentaneum, id quod dicimus propter reprobos, qui propter peccata, & demerita praemissa, sunt penis infernis destinati. Ac hoc modo praedestinario idem valet quod prouidentia.

Praedestinato vero pressius sumpta significat ordinationem creaturae rationalis in finem super naturalem, ad quem dicitur transmitti, siquidem eo viribus suis aut contendere, aut peruenire nullo modo possit. Et hoc modo praedestinato solis electis conuenit, & nullo modo reprobis, aut creaturis alijs.

Hinc etiam iam perspicui possunt multa inter prouidentiam, & praedestinationem discrimina. Primo enim differunt, quia prouidentia ad omnes creaturas pertinet, earum actiones ad finem ordinando, At praedestinato ad creaturas solum rationales pertinet. Differunt secundo, quia prouidentia ad finem solum dirigit naturalem, praedestinato vero ad finem supernaturalem, ac illa quidem per media naturalia, haec vero supernaturalia. Differunt tertio quia res, quibus prouidetur, non semper consequuntur fines naturales ad quos ordinantur, At praedestinati finem supernaturalem eum, ad quem destinantur, semper consequuntur, neque eo unquam frustrantur. Id quod postea docebitur.

His in hunc modum praenotatis, respondetur ad quaestionem unice, etiam affirmatiuae conclusionis, quae est huiusmodi, Deus aliquos praedestinat. Hac conclusio primum patet testimonijs scripturae supra citatis ex epistola ad

Rom. cap. 8. & ex epistola ad Ephesios. cap. 1. Deinde ratione sic ostenditur. Duplex est finis homini propositus, vnus naturae accommodatus, siue proportionatus, alter naturam hominis excedens, quem homo ipse vi tota naturae consequi non potest, hic porro finis est vita aeterna, quae in Dei visione consistit, atque ad illud, ad quod creatura vis omnis non potest perducere, oportet ut ab alio perducatur, siue transmittatur, quemadmodum sagitta a proiiciente ad signum transmittitur, igitur creatura rationalis, alioqui vitae aeternae capax, ad eam oportet a Deo transmittatur, quippe in quo ratio ordinis rerum omnium in fine praesens existat, sine inquam sua cuique naturae consentaneum. At praedestinationis nomine declaratur ratio ordinis, siue transmissionis creaturae rationalis in finem vitae aeternae, igitur Deus aliquos praedestinat. D. Thom. 1. p. q. 23. artic. 1.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

1. Argu. Videtur quod nullus hominum praedestinetur. Praedestinationis namque nomine declaratur hominis in finem sibi propositum ab alio transmissio, atque homo non indiget ab alio in finem transmitti, nullus igitur hominum praedestinetur. Minor patet cum ex eo, quia homo se potest in finem suum dirigere, ut qui lumine rationis sit praeditus, tum ex eo quia bruta animantia fines suos consequuntur, non directa ab alio, multo igitur magis homines finem sibi propositum seipsis, hoc est, proprio ductu rationis assequuntur: alioqui deterioris essent conditionis.

2. Argu. Praeterea, si Deus homines praedestinat, aut praedestinat cum iam existunt, aut antequam existant, non antequam existant, Namque praedestinato importat directionem siue transmissionem in finem, at quod non est non potest dirigi, aut transmitti, non possunt igitur homines praedestinari antequam existant. Praedestinantur igitur homines cum iam existunt, id quod tamen non conuenit cum praedestinatione. Etenim praedestinato propositum esse dicitur miserendi, At propositum omne diuinum est aeternum.

Auguſti-
nus
Prædeſti-
natio
latius
ſumpta.
Prædeſti-
natio
preſſius
ſumpta.
Differunt
prouidentia
& prædeſtina-
tio.
Concluſio.
Deus
aliquos
prædeſtina-
t.

105
Rom. cap. 8.
Ephesios. cap. 1.
D. Thom. 1. p. q. 23. artic. 1.
1. Argu.
2. Argu.

ateternum, praedestinatio igitur hominum est aeterna, ac proinde praedestinetur, etiam antequam existant.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad 1.

Prius argumentum diluitur negatione minoris, vel certe eiusdem explicatione.

Homini duplex est finis propositus, naturalis vnus, sup naturalis alter.

Etenim homini duplex est finis propositus, vnus naturae proportionatus, alter naturam excedens, cuiusmodi est Dei clara visio. Finem illum assequi homo potest viribus naturae, & solo ductu rationis ad eum potest dirigi, neque eget ab aliquo alio ad illum transmitti, hunc vero non item. Nam cum sit supra naturam, vim omnem naturae superat, ac proinde indiget ab alio, nempe a deo, ad ipsum dirigi, atque transmitti. Neque tamen iam inde consequitur vt homo sit deterioris conditionis, quam bruta animantia, vt qui non possit finem sibi propositum assequi nisi directus & adiutus ab alio, nam hoc ipsum non vilificat, sed commendat potius hominis nobilitatem, & excellentiam, qui tam nobili, tamque excellenti fini sit diuinitus destinatus, vt eum non possit vi naturae, sed gratiae diuinae adiumento consequi.

Obiectio.

Obijcit tamen aduersarius, Arist. author est 2. de celo, & mundo textus com. 64. tanto aliquid esse nobilius, quanto paucioribus operationibus finem suum consequitur, cum ergo caeterae res omnes paucioribus operationibus fines sibi propositos consequantur, videtur quod hoc ipso sint homine nobiliores.

Diluit Egidius.

Dicimus cum doctissimo Egidio 1. d. 40. q. 1. ar. 1. quaestiuicula. 2. ad 2. illud esse verum, si fines sint paris conditionis, & dignitatis, secus si sint disparis conditionis, & dignitatis. Ita enim fit vt nobilius aliquid esse possit, & tamen finem sibi propositum consequatur pluribus actionibus, & pluribus auxilijs, & adminiculis, vt pote quia finis ille superet eius naturam.

Ad 2.

Ad posterius argumentum respondetur, praedestinationem esse hominum nondum existentium. Namque ij solum praedestinantur,

quos deus ex omni hominum multitudine, quos bearet, delegit, quibusque proposuit siue decreuit misereri, iam autem diuina electio diuinumque propositum est sempiternum. Vnde de Paulus ad Ephesos 1. Sicut elegit nos in ipso, hoc est, christo, ante mundi constitutionem. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae. Non dum igitur eramus, quando nos praedestinavit. Vnde Augustinus in libro de praedestinatione sanctorum ait, Bonum quod praescit Deus praedestinat, & prius quam sit in re, praordinat. Cum vero contra dicitur, praedestinatio quaedam est hominis in finem directio, atque transmissio, nihil autem dirigitur, aut transmittitur, nisi quod est, dicimus, dirigi, siue transmitti in finem contingere duobus modis, vno modo secundum actum, siue actualiter, altero modo secundum propositum siue secundum praedestinationem. Priori modo ea solum diriguntur, siue transmittuntur, quae existunt posteriore vero modo ea diriguntur, quae non existunt, non existunt inquam actu in natura rerum, erunt tamen aliquando. Quae ipsa tamen dicuntur existere secundum diuinam praedestinationem. Ac haec tunc dicuntur praedestinari, quatenus scilicet Deus homines huiusmodi elegit, & ad vitam aeternam ordinavit secundum propositum voluntatis suae. Etenim ratio ordinis omnium in suos fines fuit in diuina mente ab aeternitate. Egidius 1. d. 40. q. 1. art. 1. quaestiuicula. 6.

non existentium.

Ephes. 1.

Augustinus.

Dirigitur aliquid in finem, vel actualiter, vel secundum praedestinationem.

Diuerso modo conuenit praedestinatio hominibus, & Angelis.

Hinc collige interesse inter praedestinationem hominum, & Angelorum, quia in praedestinatione hominum inuenitur antecessio non solum aeternitatis ad naturam, sed etiam naturae ad gratiam, & gratiae ad gloriam. At in Angelis reperitur antecessio aeternitatis ad naturam, non tamen naturae ad gratiam, siquidem creati fuerint in gratia, licet reperiat antecessio gratiae ad gloriam. Fuerunt enim pro aliquo tempore viatores, & beatitudinem promeruerunt eam, quam sunt adepti.

QVAESTIO. 2.

Utrum praedestinatio in Deo sit actio intellectus, an voluntatis?



Causa du
bitandi ex
ponitur.

Causam dubitandi attule-
re diuinæ literæ in quibus
praedestinatio interdum no-
minatur per actum volun-
tatis, interdum per actum
intellectus. Ac praedesti-
nationem per actum intellectus nominat D.
Pul. ad Rom. 11. sic in quens, Non repulit do-
minus plebem suam, quam praesciuit. 1. pra-
destinauit, praescire autem actio est intellectus.
Item 2. Timoth. 2. nouit dominus qui sunt
eius, nouit, inquam, scientia approbationis.
Alibi eandem praedestinationem nominat
per actum voluntatis. Etenim ipsam appel-
lat electionem, vt patet, ad Eph. 1. Elegit nos,
inquit, in ipso, ante mundi constitutionem.
Item ad Rom. 8. Omnia cooperantur in bo-
num ijs qui secundum propositum vocati sunt
sancti, hoc est, secundum efficacem volunta-
tem. Item ad Rom. 9. Vt secundum electio-
nem propositum Dei maneret, non ex operi-
bus, sed ex vocante dictum est, quia maior
seruiet minori. Item, Malach. 1. & citatur a
Paulo hoc eodem loco, Iacob dilexi, Esau autem
odio habui. Loquitur autem de dilectione
praedestinationis. Item ad Rom. 9. Cuius vult,
miseretur deus, & quem vult, indurat, miseri-
codiam appellat praedestinationem, obdu-
rationem vero, reprobationem.

Augusti-
nus.

Item D. Augustinus multis locis, nempe
in libro de praedestinatione sanctorum cap. 1.
& in libro de Bono perseuerantiae cap. 14.
praedestinationem sic definit, vt in eius defi-
nitione vtrumque actum, nempe voluntatis,
& intellectus ponat, sic aiens, praedestinatio
Dei est praescientia & preparatio beneficiorum
Dei, quibus certissime liberantur, quicunque
liberantur. Postremo magister hoc loco ne-
pe. 40. dist. primi libri, praedestinationem de-
finit per actum voluntatis. Sic enim ait. Prae-
destinatio est gratiae preparatio, id est, diui-
na electio, qua elegit quos voluit, ante mun-

Magister.

Cap. 4.

di constitutionem.

Ex his omnibus illud iam intelligitur aper-
tissime in praedestinationis notione, & con-
ceptu vtrumque actum, nempe intellectus, &
voluntatis includi, vt quae praescientia ap-
pelletur, praescientia autem ad intellectum
pertinet, appellatur etiam propositum, & ele-
ctio, quae ipsa ad voluntatem pertinent. Oste-
ditur hoc ipsum ratione. Namque praedestina-
tio est hominis in finem vitae aeternae praor-
dinatio, cui necessario coniungitur mediatorum,
quibus ad vitam aeternam peruenire possit,
excogitatio, dispositio, & ordinatio, quae omnia
ad intellectum pertinent. Concurrunt praete-
rea voluntas efficax tribuendi finem, & me-
dia conducentia ad illum finem, in notione
igitur praedestinationis necessario includi-
tur actus intellectus, & voluntatis.

Controversum est tamen inter theologos quae-
nam istarum actionum formaliter, & essen-
tialiter sit praedestinatio, hoc est, An sit for-
maliter actus intellectus, connotando actum
voluntatis, an contra potius sit formaliter
actus voluntatis, connotando actum intelle-
ctus? Sunt igitur quibus visum est, praedesti-
nationem formaliter & essentialiter dicere
actum voluntatis, quo Deus voluit quibusdam
hominibus conferre beatitudinem, & media
valentia ad illam consequendam, interim
tamen supponit actum intellectus, quo deus
& cognouit eligendos ad beatitudinem, &
media ipsa ad eam consequendam necessaria.
Hac sententia est Scoti 1. 5. d. 40. q. 1. Est
etiam Diui Bona. ibidem q. 2. Et Greg. 1. d.
40. q. vnica. art. 1.

Hac porro sententia probatur primū te-
stimonij scripturae supra citatis, in quibus
praedestinatio dicitur, propositum, electio, &
amor, quae ipsa ad voluntatem pertinent, dein-
de rationibus sic suadetur. Praedestinatio
importat infallibilem finis ultimi conse-
cutionem, At huiusmodi futuri eventus effi-
cacia pendet ex efficacia diuinæ volun-
tatis, quae voluit, & statuit eventus vt ille
eueniret: igitur praedestinatio est actus vo-
luntatis.

Praeterea, praedestinatio est causa medio-
rum,

In notione
praedesti-
nationis
includi-
tur tam a-
ctus intel-
lectus, quae
voluntatis.

Controuer-
sia est, in
qua nam
istarum a-
ctionum
formali-
ter, & es-
sentialiter
praedesti-
natio con-
sistat.

Scotus.
Bonauen-
tura.

Afirmat
praedesti-
nationem
in actu vo-
luntatis
consistere.
1. Ratio.

2. Ratio.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

rum, quibus ad beatitudinem peruenitur, in medijs autem quæ sunt diuinitus comparata ad consequendam beatitudinem, est fides, fides autem & cognitio supernaturalis tribuitur homini ex beneplacito diuinæ voluntatis, iuxta illud Lucæ. ii. Revelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum est ante te: videtur igitur quod prædestinato sit Dei beneplacitum.

3. Ratio.

Postremo. Prædestinatio est amor fontalis ex quo in prædestinatos dimanant bona omnia tam naturalia, quam supernaturalia, Atqui amor ad voluntatem pertinet, igitur prædestinatio consistit in actu voluntatis. Maior ostenditur. Amare est velle alicui bonum, sed bona omnia, quæ deus vult suis electis sunt effecta prædestinationis, igitur prædestinatio est fontalis amor. etcæ

Prædestinatio consistit in actu intellectus, in terim supponens actum voluntatis.

Diui Thomæ, & sequacium sententia est, prædestinationem in actu intellectus consistere, interim tamen connotando actum voluntatis. Prior huius conclusionis pars ostenditur in hunc modum. Prædestinatio est pars prouidentia, at prouidentia in actu intellectus consistit, igitur prædestinatio consistit in actu intellectus. Consecutio nota est, siquidem quidquid conuenit generi, conuenit etiam & parti subiectiuæ. Minor ostenditur. Prouidentia est ordinatio, siue directio creaturæ in finem, atqui dirigere, & ordinare in finem est solius intellectus, & rationis, igitur prouidentia in actu rationis consistit. Maior ostenditur. Namque prædestinatio est directio hominis in finem supernaturalem, quæ viribus suis assequi non potest. Vnde & destinatio dicitur, quasi transmissio.

Prouidentia & prædestinatio in multis differunt.

Hinc iam intelligi licet prouidentiam in multis differre a prædestinatione. Differunt enim primum ex parte obiecti. Nam prouidentia vniuersaliter importat ordinem ad finem siue finis ille sit naturalis, siue supernaturalis, siue sit natura accomodatus, siue non sit.

Differunt obiecto.

At prædestinatio respicit duntaxat finem supernaturalem, qui in dei visione consistit. Ex quo subinde oritur secundum ex parte subiecti discrimen, hoc est, ex parte eorum qui ordinantur ad finem. Namque prouidentia est

omnium quæ a Deo ordinantur ad finem, siue sint ratione prædita, siue secus, siue sint mala, siue bona. At prædestinatio hominum est duntaxat, hi siquidem soli ad finem supernaturalem ordinantur, & finem supernaturalē consequuntur.

Differunt tertio ex parte euentus, & consecutionis ipsius finis. Nam prædestinatio importat infallibilem consecutionem finis, prouidentia non item. Non enim omnia quæ per diuinam prouidentiam ad finem ordinantur, consequuntur finem, possunt enim ab ordine diuinæ prouidentia deflectere. Etenim omnes homines per Dei prouidentiam ad beatitudinem ordinantur, iuxta Pauli sententiam, vult omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes sempiternam illam beatitudinem consequuntur. At prædestinatio non est nisi eorum, qui consequuntur beatitudinem. Differunt quarto ex parte prædestinantis. Nam prouidentia non includit præscientiam exitus finis eius, ad quæ aliquid ordinatur, vnde potest aliquid ab ordine prouidentia egredi, quantum ad id quod intentum est, vult enim Deus per diuinam prouidentiam omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes saluantur. At prædestinatio includit præscientiam exitus eius finis cui aliquid destinatur. Importat enim prædestinatio intentionem diuinam de salute hominis, cum præscientia quod saluabitur. Vnde & præscientia dicitur, & præparatio. Lege Thomam 1. d. 40. q. 1. ar. 2. & q. 2. ar. vnicō. Et de ver. q. 6. ar. 1. & 1. p. q. 23. art. 1.

Differunt euentu.

1. Tim. 2.

Differunt ex parte prædestinantis.

Ita tractata, & demonstrata est prior conclusionis particula: reliquum est vt posterior eiusdem particula, nempe quod prædestinatio connotet actum voluntatis, ostendatur. Prædestinatio igitur supponit dilectionem, & electionem, quæ ad voluntatem pertinent, prædestinatio igitur connotat actum voluntatis. Consecutio firma est, antecedens ostenditur. Deus non prædestinat, nisi diligens, hoc est, quatenus efficaciter vult salutem alicuius, At velle alicui bonum est amare, Deus igitur non prædestinat nisi amans. Quonia vero ille qui in finem infallibiliter dirigitur,

Deus non prædestinat, nisi diligens.

non

non solum amatur, verum etiam ab alijs, qui finem illum non consequuntur, separatur, & fecernitur, hinc fit vt prædestinatio supponat electionem dirigendorum in finem vitæ æternæ. Supponit igitur diuina prædestinatio electionem: & dilectionem: quæ cum ad voluntatem pertineant, sequitur vt prædestinatio importet actum intellectus, interim includendo actionem voluntatis.

Nobis probatur hæc D. Thomæ sententia. Pro cuius maiore intelligentia, & accuratioris explicatione, annotanda sunt nonnulla. Principio annotandū est, iuxta nostrum intelligēdi modū, quod attinet ad negotium prædestinationis, multos in Deo reperiri actus, quorum alij ad intellectum, alij vero ad voluntatem pertinent. Ac primus quidem actus, est actus intellectus, quo Deus intellexit suam beatitudinem, eamq; vidit creaturæ rationali esse communicabilem.

Secundus actus ad voluntatem pertinet. Videns enim deus posse sempiternam beatitudinem hominibus comunicari, voluit eam quibusdam communicare. Ac hoc loco dilectio, & electio nobis occurrunt. Dilectio quidem, quatenus voluit summū bonū homini comunicare, nā velle bonū est amare, electio vero, quatenus voluit, nō omnibus, sed certis quibusdā illud summū bonū comunicare.

Tertius actus, est intellectus. Etenim supposita voluntate comunicandi sempiternā beatitudinē non omnibus, sed certis quibusdam hominibus, continuo Deus excogitauit media, quibus illi homines dilecti, & electi possent ad sempiternā beatitudinē perducī, quæ sunt vocatio, & iustificatio, vt est apud Paulū ad Rom. 8. Quos prædestinauit, inquit, & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit.

Quartus actus, est ipsius voluntatis actus. Etenim diuinus intellectus proposuit illa media excogitata ipsi voluntati acceptanda, & approbanda, quæ eadē diuina voluntas approbavit, & acceptauit. Vnde quartus actus, est actus diuinæ voluntatis acceptantis, & approbantis illa media, & executioni mādare statuētis.

Secundo est annotandū, excogitationem mediōrum perducentiū hominē ad vitā æternam

nam posse duobus modis intelligi, vno modo prout antecedit approbationē, & acceptationē voluntatis, altero modo prout coniungitur acceptationi, & approbationi voluntatis. Priori modo ratio illa, & ordo mittendi in vitā æternā, habet solū rationē excogitati, posteriori vero modo habet rationē decreti, & statuti, siue ppositi. Vnde & a quibusdā prædestinatio esse dicitur propositū miserēdi, hoc est, firmā voluntas cōferēdi cū finē vitæ æternæ tū media ad illū finē cōsequendū necessaria.

His in hunc modū prænotatis, pro resolutione, & explicatione propositæ quæstionis nō nullas subijcimus conclusiones.

Prima conclusio. Prædestinatio formaliter nō est ille actus voluntatis, quo deus videns suā beatitudinē esse cum creatura rationis cōpōte cōmunicabilem, voluit eam certis quibusdā comunicare, sed ille actus præponitur ipsi prædestinationi. Probatio. In illo priori nondū quippiā cogitatur de medijs perducentibus hominē ad vitā æternam, in illo igitur priori nondū est prædestinatio. Consequētia probatur, quia prædestinatio est hominis in finem vitæ æternæ directio, siue transmissio, At tūc homo ad finē dirigitur, siue transmittitur, cū media adhibentur, & eidē conferuntur, quibus ad finē perducitur, igitur in illo priori nondū est prædestinatio. Quod autem ille actus præponatur prædestinationi, ex eo patet quia diuinus intellectus ex volutione vltimi finis ratiocinatur, siue cogitat de medijs, quibus homo sit in finem vitæ æternæ dirigendus ac transmittendus. Ex eo enim quod deus creaturæ rationali vult vltimū finem, illud est consequens vt ei tribuantur media perducentia ad illū finem. Vt diserte annotat Durandus 1. 5. d. 41. q. 1 art. 2.

Secunda conclusio. Actus intellectus diuini, qui est mediōrum excogitatio præcise, nondū habet rationē prædestinationis. Probatio. Prædestinatio est prouidentia diuina ordinata ad executionem operis per voluntatē efficacem, & sub hac ratione ordo mediōrum excogitatus habet rationem decreti, & statuti, at ordo, & ratio mediōrum diuina mente excogitata præcise, id est, prout

pliciter
confyde-
ratur.

COPIA
MIBUS

1. Concl.

Prædesti-
natio nō
est illa vo-
luntas,
qua deus
voluit ali-
quibus cō-
municare
beatitudi-
nem, con-
tra Scotū

Deus sup-
posita vo-
luntate cō-
municari
omni vlti-
mi finis,
consultat
de medijs
necessari-
js.

2. Concl.

Neq; præ-
destinat-
io nisi elige-
re.

In Deo re-
periuntur
multi actus
quæ attinet
ad negoti-
um præde-
stinatio-
nis

1. actus.

2. actus.

3. actus.

4. actus.

Excogita-
tio medi-
ōrum du-

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

antecedit approbationem, & acceptationem voluntatis, non habet rationem providentiae ordinatae ad executionem operis per voluntatem, nondum igitur habet rationem praedestinationis. Haec conclusio est contra Durandū, qui existimat rationem excogitatam medi-
 orum, quae promouent & perducunt hominē ad finem supernaturalem, etiā prout antecedit actum voluntatis, esse praedestinationē. Sic enim ait l. d. 41. q. 1. Quarto consiliatur Deus quae sint auxilia conferenda ut consequantur finem ad quem eliguntur, & conclusio huius consilij est praedestinatio, quae nihil est aliud quam ratio collationis medi-
 orum, quae perducunt electos ad beatitudinē. Hoc porro consilium ultimo sequitur propositū conferendi huiusmodi auxilia. Ita de sententia Durandi praedestinatio formaliter consistit in ratione medi-
 orum excogitata, prout antecedit acceptationem diuinā voluntatis. Id quod tamen constat esse falsum ex nostra secunda conclusione.

Cōtra Durandum.

3. conclus.

Tertia conclusio. Ille actus quo diuina voluntas comprobatur, & acceptat ordinē excogitatum medi-
 orum, non est praedestinatio. Nam praedestinatio est actus intellectus, namque praedestinatio tam Graeco verbo, quā Latino importat directionem, & ordinationē creaturae in finem, At dirigere, & ordinare in finē est solius intellectus, & rationis, ille vero actus approbationis, & acceptationis est actus voluntatis, igitur nō est formaliter praedestinatio. Et confirmatur testimonio Augustini in libro de bono perseuerantiae cap. 17. & 18. dicentis, praedestinare esse praescire, hoc est, secundum praescientiam futura disponere, & ordinare. Vnde pro eodem habet praescire, & praedestinare. Id quod confirmat ex verbis Apostoli ad Rom. 11. quo loco ait, Non repulit deus plebem suā, quam praesciuit. Hoc inquit Augustinus, quod ait, praesciuit, nō recte intelligitur, nisi praedestinavit. Praesciuit. n. reliquias, quas secundum electionē gratiae fuerat ipse facturus, hoc est, praedestinavit, sine dubio enim praesciuit, si praedestinavit, sed praedestinasse est hoc praescisse, quod fuerat ipse facturus. Ita fit, ut de mente & sensu August.

Augustinus.

praedestinare nihil sit aliud, quā aut praescire, aut secundum praescientiam futura ordinare, atque disponere, id quod ad intellectū pertinet, & non ad voluntatē. Neque enim voluntatis est ordinare, aut disponere.

D. Hieronymus in commentario ad caput primū epistolae ad Eph. praedestinationē interpretatur, praefinitionē, ad verbū Graecum προοριζω respiciens. Minus ergo proprie Scotus, Bonauentura, & alij praedestinationē ad voluntatē referunt, ut scilicet praedestinatio formaliter sit actio voluntatis, licet includat voluntatem.

Hieronymus.

Quocirca, iam quarta subiungitur conclusio. Praedestinatio formaliter est actio diuini intellectus ordinantis hominē in vitam aeternam, hoc est, media ad vitam aeternam necessaria excogitatis, & disponētis, voluntate comprobante, & acceptante illā ordinationē, & dispositionē.

4. conclus.

Ia fit ut ordo medi-
 orum excogitatus & a voluntate comprobatus, formaliter sit praedestinatio. Fit secundo ut praedestinatio supponat pro actu intellectus, connotet tamē actū voluntatis. Fit tertio, praedestinationē nō esse actū intellectus praesens, sed compleri per actū voluntatis, sic. n. habet rationē decreti, & statuti, ut patet ex secunda conclusione. Fit quarto voluntatē se habere ad praedestinationem antecederet, & consequenter. Antecedenter quidē, quia si proponit dilectionē, & electionē praedestinatorū dilectionem quidē, quatenus deus ab aeterno voluit efficaciter ipsorum salutē, atque beatitudinē: nam aut amare nihil est aliud, quā velle alicui bonū. Electionē vero, quatenus deus illis hoc tantū bonū praes alijs voluit esse comunicatum, atque tributum. Ex quo fit sabinde ut praedestinatio diuina supponat electionē, electio vero dilectionē. Consequenter vero se habet voluntas ad praedestinationē, quatenus rationē ordinis mittendorū in vitam aeternam comprobatur & acceptatur, ratāque habet. Ex qua acceptatione, & comprobatione, ortū habet propositū miserendi, & preparatio donorū, & beneficiorū dei. Quocirca cū D. Paul. ad Eph. cap. 1. ait, praedestinasse nos deū secundum beneplacitū voluntatis suae, id potest intelligi duobus modis, vno modo antecederet, & tūc est sensus, quia deo placuit nobis comunicare sempiternā beati-

Praedestinatio est ratio ordinis creaturae rationalis in vitam aeternam, diuina mente excogitata, & a diuina voluntate comprobata.

Voluntas se habet ad praedestinationem antecederet, & consequenter.

Exponitur locus d. Pauli.

beatitudinē, excogitavit rationē, & ordinem transmittendi, & perducendi nos in beatitudinē: id quod est prædestinare, Altero modo potest illud intelligi consequenter. Et tunc est sensus, prædestinavit nos fieri, siue adoptari in filios dei, & per consequens ad consortium suæ beatitudinis admitti, comprobante, & acceptante hanc præfinitionem bonæ eius voluntate. Uterque sensus congruit cum mente, & sensu diui Pauli, quamuis prior ille videatur congruentior: iuxta illam eiusdem Apostoli sententiam, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et iuxta illam regij vatis sententiã, saluū me fecit, quia voluit me. Voluntas ergo salutis antecessit tanquam causa ex libitionem, & effectum salutis. Fit quinto, in negotio prædestinationis, quemadmodum multos actus, sic etiam multos discursus reperiri. Etenim primus discursus est, quo deus iudicavit esse bonum, & decentissimum suam beatitudinem cum hominibus communicare, illudque faciendum statuit.

Pons prædestinationis voluntas Dei

Primus discursus in prædestinatione.

2. Discursus.

Approbatio reprobatio.

3. Discursus.

Prædestinatio vñ legis habet, & decreti.

Secundus discursus est, quo Deus supposita voluntate communicandi suam beatitudinem, consilium iniit de ijs, quibus esset communicanda illa beatitudo, cuius diuini consilij conclusio duas habet partes, vnã affirmatiuam, quæ dicitur approbatio, nempe quod istis comunicabitur, alterã negatiuã, nempe quod istis nõ comunicabitur, quæ dicitur refutatio siue reprobatio. Hanc conclusionem sequitur electio, per quã quidã admittuntur ad beatitudinē, alij vero excluduntur, & reijciuntur.

Tertius discursus est, quo deus consilium capit de medijs, siue de auxilijs, per quæ isti electi sunt ad beatitudinē perducendi, & conclusio huius consilij a voluntate diuina comprobata, & acceptata est ipsa prædestinatio. Etenim, vt supra diximus, prædestinatio est ratio ordinis creaturæ rationalis in vitã aternam, diuina mente excogitata, & a voluntate comprobata. Ex qua comprobatione voluntatis consequitur prædestinatio vim legis, & decreti.

torum oppositæ opinionis. R. Eliquū est argumenta diluantur ea, quibus aduersariæ opinionis aut heres suam sententiã persuasam esse vouerunt.

Ad primum igitur argumentū respondetur negando consequentiã. Nam quãuis prædestinatio habeat efficaciam ex diuina voluntate tam antecedente, quã consequente ipsū prædestinationis actū, non tamen iam inde consequitur, quod prædestinatio formaliter, & principaliter sit actus voluntatis. Ars enim est principium proximū, & immediatū huius artificij, & tamen cū ex se sit indifferens, & indeterminata adhuc vel illum effectū, determinatur a voluntate ad hunc effectū. Ex quo tamen non consequitur vt ars pertineat ad voluntatem, quamuis ab ipsa determinetur, & firmetur.

Ad secundum similiter negatur consequentio. Nam quãuis prædestinatio includat Dei beneplacitum, quo ordo mittendorum in vitam aternam acceptatur, vt diximus, nõ tamen iam inde consequitur, quod prædestinatio ipsa sit formaliter diuinum beneplacitū, vt interim sit illud consequenter.

Ad tertium, negatur maior. Ad probationem vero concessa Maiore, & Minore, negatur consequentia. Nam quãuis prædestinatio supponat diuinū amorē, & per consequens illam voluntatem, quæ a deo voluit efficaciter communicare suis electis illud bonum, quod est omnium maximū, non tamen iam inde sequitur prædestinationem esse illam voluntatem, sed adiungi ad illam voluntatem consumandam. Est enim prædestinatio ratio diuinitus excogitata ad perducendū electos per certa media ad illam gloriam, quæ a deo ab æterno illis voluit communicare.

Hinc iam patet solutio cuiusdam argumenti, quod fieri in hac materia consuevit. Argumentum autem est huiusmodi. Illud quo posito, interim omnibus alijs sublatis, ponitur prædestinatio, & quo sublato, nulla est prædestinatio, formaliter, & principaliter est prædestinatio. At posita voluntate efficaci comunicandi vitã aternã cū electione eorum, quibus est communicanda, interim

Ad 1.

Prædestinatio habet efficaciam ex diuina voluntate, non tamen est formalis actus voluntatis.

Ad 2.

Ad 3.

Argumentum.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

omnibus alijs sublatis ponitur praedestinatio, infallibiliter enim electi ad vitam aeternam, eandem consequentur, & sublata hac Dei ad beatitudinem communicandam efficaci voluntate, nulla est praedestinatio, igitur praedestinatio est illa voluntas, siue ille actus voluntatis. Concessa Maiore propositione, negatur Minor. Nam ad illam Dei efficacem voluntatem accedat oportet ratio perducendi electos ad vitam aeternam quam Deus illis voluit communicare, in qua ratione diuina excogitata, & a diuina subinde voluntate comprobata praedestinatio formaliter consistit.

Diluitur argumentum.

Nondum est praedestinatio in illo priori in quo deus voluit communicare beatitudinem aliquibus.

Cum igitur in illo priori, quo dominus Deus voluit communicare suam beatitudinem aliquibus nihil sit ad huc excogitatum de medijs, per quae dilecti, & electi sunt ad vitam aeternam perducendi, sequitur vt in illo priori nondum sit praedestinatio.

Porro testimonia scripturae, quae videtur significare, praedestinationem consistere in actione voluntatis, non docent praedestinationem esse formaliter actum voluntatis, sed includere actum voluntatis, tam antecedenter, quam consequenter, id quod verum est, & nos libenter concedimus. Hoc etiam modo sunt interpretanda dicta sanctorum, qui praedestinationem videtur attribuere voluntati.

Dubitatio.

Hoc tamen loco existit summa dubitatio. Etenim cum praedestinatio includat voluntatem tam antecedenter, quam consequenter, hinc fit vt effectuum praedestinationis causa sit tam intellectus diuinus, quam voluntas. Iam sic, quando aliquis effectus est a duabus causis, potius denominatur a causa proxima, quam a causa remota, atqui praedestinatio est ab intellectu, & voluntate, & intellectus concurrat vt causa remotior, voluntas vero vt causa proxima, & immediatior, igitur potius attribuenda videtur voluntati quam intellectui. Minor probatur. Nam praedestinatio est actio intellectus practici, est enim operatio intellectus ordinantis, & dirigentis in finem, atqui intellectus practicus non operatur nisi deter-

minatus a voluntate, igitur etcat.

Prætera, quando multi motus ordinantur ad vnum, vniuersa motuum coordinatio recipit denominationem ab vltimo motu, verbi gratia ad educendam formam de potentia materiae, primum concurrat alteratio, deinde sequitur generatio, totus tamen motus appellatur generatio, sed ad actum praedestinationis concurrunt intellectus, & voluntas, intellectus quidem primum ordinans, deinde voluntas hunc ordinem comprobans, igitur totus motus est voluntati attribuendus.

Ad 2.

Horum argumentorum hæc est explicatio. Ad primum respondetur, ad actum praedestinationis immediatius concurrere intellectum quam voluntatem. Nam praedestinatio formaliter importat ordinationem, & directionem, iam autem ordinationis & directionis proximum principium est intellectus, remotum vero voluntas determinans intellectum practicum. Et ideo ex hac ratione concluditur, quod praedestinatio sit potius attribuenda intellectui, quam voluntati.

Ad 3.

Ad secundum, concedimus praedestinationem compleri per actum voluntatis consequentem, vt diximus in secunda conclusione, nõ tamen iam inde consequitur quod praedestinatio sit actus voluntatis formaliter sed quod compleatur per actum voluntatis. Ita praedestinatio attribuitur actui voluntatis complete, non essentialiter, quæ admodum etiam beatitudo formalis hominis attribuitur intellectui essentialiter, voluntati vero complete. Habens enim obiectum beatificum, interim eodem non fruens est beatus essentialiter, non tamen complete. Ita ordo creaturae rationalis in vitam aeternam est praedestinatio essentialiter, licet nondum ibi compleatur ratio praedestinationis.

Praedestinatio attribuitur voluntati complete, intellectui vero essentialiter.

QVÆSTIO. 3.

Vtrum praedestinatio ponat aliquid in praedestinato?

Adhibi-



Dhibita distinctione, respondetur ad questionem duabus conclusionibus. Ponere aliquid in aliquo consideratur duobus modis, vno modo formaliter, ita quod aliqua forma ponatur in aliquo formaliter ipsum perficiens, vel formaliter inherens, quomodo albedo ponit aliquid in albo, album enim dicitur tale ex albore in ipso formaliter inherente. Altero modo effectiue, siue causaliter, ita quod sit causa quod aliquid formaliter ponatur in aliquo.

Est igitur prior conclusio. Prædestinatio non ponit aliquid formaliter in prædestinato, bene tamen in prædestinante. Probatio. Prædestinatio est pars prouidentiae, est enim ratio ordinis hominum electorum in finem vitae aeternae, at prouidentia nihil ponit in rebus prouisis, sed in ipso prouidente duntaxat, igitur & prædestinatio nihil ponit formaliter in prædestinatis, sed in ipso prædestinante. Vnde quemadmodum aliquid dicitur prouisum denominatione extrinseca, sic etiam prædestinatus dicitur talis extrinseca denominatione. ipse tamen prædestinans dicitur talis intrinseca denominatione, nempe per actum in ipso immanentem. etc.

Posterior conclusio. Prædestinatio ponit aliquid effectiue in prædestinatis. Etenim prædestinatio est causa aliquorum effectuum, qui formaliter insunt in prædestinatis. Hos porro effectus enumerat Paul. ad Rom. 8. inquit, quos prædestinauit, hos & vocauit & quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos glorificauit. Sunt igitur prædestinationis effectus, iustitia, siue gratia iustificans, & gloria, qui formaliter insunt in prædestinatis. Ita fit vt prædestinatio secundum quod est ordinatio, siue ratio ordinis aliquorum in vitam aeternam nihil formaliter ponat in prædestinatis, sed in prædestinante, at executio illius ordinis licet actiue sit in Deo, passiuè vero est in prædesti-

natis.

Porro circa effectus prædestinationis, quos D. Paulus enumerat, duo sunt annotanda, illud est prius. Non omnem vocationem effectum esse prædestinationis, sed vocationem efficacem. Est autem vocatio efficax ea, qua efficitur vt non solum vocatus iustitiam assequatur, verum etiam vt in iustitia finaliter perseueret. Inefficax autem est ea omnis, quae aut non peruenit ad iustificationem, aut certe non peruenit ad iustitiam finale. De qua vocatione est illa christi sententia intelligenda, multi sunt vocati, pauci vero electi.

Sola vocatio efficax est effectus prædestinationis. Vocatio efficax, & inefficax Matth. 22

Item gratia iustificans est duplex vna finalis, & ad extremam vitae horam perseuerans, altera vero non finalis, sed ad tempus in homine existens. Illa prior est effectus prædestinationis, hæc non item.

Gratia finalis est effectus prædestinationis.

Glorificatio vero in Dei visione consistit, & in eiusdem sempiterna fruitione.

Posteriore loco annotandum est. Hos prædestinationis effectus sic inter se esse affectos, vt prior semper sit causa posterioris, Etenim vocatio est causa iustificationis, & iustificatio est causa glorificationis.

Postremo notandum est, omnia illa quae hominem promouent ad salutem, siue ad bonum inuitando, siue a malis auocando, siue illa sint auxilia naturalia, ceu naturae bona, quibus etiam annumerantur bona temporalia, ceu diuitiae, & honores, siue sint prosperi, & aduersi euentus, siue sint auxilia supernaturalia, tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis, omnia inquam illa, non quidem absolute, & secundum se, sed quatenus sunt homini adiumento ad aeternam salutem consequendam, ex aeterna Dei prædestinatione prouenire, & in effectis prædestinationis numerari. Hoc intellexit D. Paulus cum dixit, ad Rom. 8. omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sancti isti qui secundum Dei sempiternum propositum ad sanctitatem & iustitiam colendam, & perpetuo retinendam sunt vocati, ipsi sunt electi & prædestinati, quibus omnia quae eis in

Omnia quae promouent hominem ad salutem qua huiusmodi, sunt effectus prædestinationis.

Rom. 8.

Prædestinatio non ponit aliquid in prædestinato formaliter.

Prædestinatio ponit aliquid in prædestinatis causaliter.

Rom. 8.

vita accidunt, siue prospera, siue aduersa, siue bona, siue mala, Deo ita disponente, & ordinante, conducunt ad salutem. In malis autem numerantur non solum mala poenae, verum etiam mala culpa. Quae licet ex se, & ex sua natura salutem impediunt potius, quam ei sint adiumento, occasionaliter tamen ad salutem conducunt, Quatenus is qui peccat, ex peccato suo cautior, & circumspicietior efficitur, agnita fragilitate sua, & Deo magis inhaeret, & sui custodiae magis inuigilat.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

1. Argu. **P**Rior conclusio refutatur in hunc modum. Praedestinatio actio infert passionem, passio vero est in patiente, igitur praedestinatio est aliquid inhaerens in praedestinato.

2. Argu. Praeterea, praedestinatio est aliquod bonum, illud igitur bonum insit in aliquo necesse est, aut igitur inest in praedestinate, aut in praedestinato, non in praedestinate, inest igitur in praedestinato: praedestinatio igitur ponit aliquid in praedestinato.

3. Argu. Postremo, praedestinatione dicitur homo praedestinatus, sicut albedine dicitur albus, sed omnis denominatio sumitur ex forma inhaerente, igitur praedestinatio est aliquid inhaerens in praedestinato.

Augustinus. Posterior conclusio hoc argumento refellitur. Vt author est Augustinus super Iohannem 7. cap. praedestinatio ad solum Deum pertinet. Praedestinato enim nullum ius acquiritur ad regnum caelorum ex eo quod est praedestinatus, igitur praedestinatio nihil causaliter ponit in praedestinato, siquidem nihil boni ei insit ex eo, quia est praedestinatus.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad 1. **A**D primum respondetur duplicem esse actionem, vnam de genere actionis. Est autem actio de genere actionis illa, quae est alicuius non solum vt obiecti, ve-

reum etiam vt effecti, cuiusmodi est omnis illa actio, quae transit in exteriorem materiam: vt calefactio, creatio. Est altera actio, quae dicitur operatio, formaliter perficiens agentem, vt intellectio, visio. Illa prior infert passionem, quae recipitur in terminante illam actionem. Vnde prout egreditur ab agente dicitur actio, prout vero recipitur in terminante actionem, dicitur passio. Haec vero posterior nullam infert passionem, vt pote quia per eam nihil fiat quod sit extra operantem, sed solum terminatur ad obiectum, quod per eam, & ex ea dicitur tale de nominatione extrinseca solum, dicitur enim aliquid intellectum, aut visum, non quia in ipso sit intellectio, aut visio, sed quia terminat intellectum, & visionem tanquam obiectum. Hoc posteriore genere continetur praedestinatio. Est enim actio non de genere actionis, ac proinde nullam passionem infert ei ad quod terminatur, & ideo nihil ponit in praedestinato, sed ad ipsum tanquam obiectum terminatur solum.

Ad secundum respondetur, illud bonum quod est praedestinatio, considerari duobus modis, vno modo secundum ordinationem, hoc est, prout est ordinatio alicuius in vitam aeternam, altero modo secundum executionem illius ordinis, priori modo praedestinatio non est aliquid in praedestinato. Etenim executio praedestinationis ponit aliquid in praedestinato, nempe gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Executio tamen illa actiue est in praedestinate, secundum effectum vero, quem infert, est in praedestinato.

Ad tertium respondetur, denominari aliquid ab alio vel intrinseca denominatione, vel extrinseca. Quod denominatur ab aliquo denominatione intrinseca, eius denominatio sumitur ex forma formaliter inhaerente. At quod denominatur denominatione extrinseca, non item, sed denominatur ex eo, quod est in altero subiectiue, in eo vero ipso quod sic denominatur, terminatiue duntaxat. Haec denominatione deno-

onis, altera non ite.

Praedestinatio est actio, non de genere actionis.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 1. Duplex est actio, vna de genere acti-

Ad

Praedestinatio quae operatur bonum est formaliter, non terminatiue.

sum possumus quae nis cule

Non

denominatur homo praedestinatus, ac proinde praedestinatio nihil ponit formaliter in praedestinato, sed in praedestinate.

Ad. 4.

Prædesti-
nato ex eo
quod est
prædesti-
natus ni-
boni in
est forma-
liter, be-
ne tamen
causaliter

Quod vero ad quartum argumentum at-
tinet, notandum Altidiosforensis libro pri-
mo cap. 9. q. 3. existimasse, praedestinato ni-
hil boni inesse ex eo quod est praedestinatus.
Mouetur autem testimonio Augustini supra
citato. Nos dicimus hanc propositionem,
praedestinato nihil boni inest ex eo quod est
praedestinatus, si formalis est, esse veram ut
patet ex prioris nostrae huius quaestionis con-
clusionem, si vero causalis, omnino esse falsam,
ut patet ex posteriore nostra conclusionem.

QVAESTIO. 4.

*Verum praedestinationis sit assigna-
bilis causa aliqua ex parte eius,
qui praedestinetur?*

summa p-
posita
quaestio-
nis diffi-
cultas.



Quaestio ad explicandum
proposita usque adeo pro-
funda, & difficilis est, ut
sit nobis ad abyssum us-
que diuinorum consilio-
rum penetrandum, si ea

pro dignitate explicare, & enodare velimus.
Diuus Paulus qui testatur se in celum fuisse
proiectum, ibique audiuisse arcana verba,
quae non sunt hominibus enunciabilia, ad
hanc quaestionem explicandam aggressus,
in ipsius usque profundum ingressus, quasi aquis
praefocatus, & ingentibus fluctibus obrutus
exclamauit inquit, O altitudo diuitiarum
scientiae, & sapientiae Dei, quam incompre-
hensibilia sunt iudicia eius, & investigabi-
les viae eius. Si Paulus gygas, & electionis
vas selectissimum, & de christi mysterijs
diuinitus edoctus obrui, & opprimi se testa-
tur quaestionis huius profunditate, quanto
magis nos pomiliones, humi repentes ho-
munciones tantae rei difficultate opprime-
mur, & tam profundae quaestionis altitudine
suffocabimur? Tentare igitur pedetentim va-
dum oportet, ne medijs fluctibus obruamur.

Rom. 11.

Ac quaestionem hanc difficilem, & hu-
mano intellectui impenetrabilem, ex par-
te quidem Dei efficiunt eius bonitas, iusti-
tia, & omnipotentia, ex parte vero nostra
aqua omnium, tam quoad progenitores,
quam quoad materiam ex qua generati, &
conditi sumus, qualitas, atque conditio. Ac
bonitas quidem Dei postulat, ut hominum
nullus intereat. Etenim si authore Augusti-
no, bonitate Dei sumus, multo certe ma-
gis eadem bonitate bene nobis erit. Qui
enim bonitate sua efficit ut essemus, cur
non etiam efficiat, ut bene simus, imo vero
multo magis hoc eius immensa bonitas re-
quirit? Ex hac eius bonitate qua efficitur,
ut rebus quas condidit velit non solum esse,
verum etiam bene esse, profecta sunt
illae voces, Nolo mortem peccatoris, sed
magis ut conuertatur, & uiuat. Non est vo-
luntatis meae mors impij. Profecta est etiam
illa Pauli sententia. Deus vult omnes ho-
mines saluos fieri, & ad agnitionem verita-
tis venire: & illa Iacobi. Deus dat omni-
bus affluenter & non improperat. Quia
igitur Deus bonus est, omnibus hominibus
bene erit, & nulli hominum aderit extre-
mum malum.

Hoc ipsum etiam eius summa iustitia re-
quirit. Etenim ut est diuinis literis prodi-
tum, Deus non est personarum acceptor,
esset autem personarum acceptor, si hos qui
dem aeternis gaudijs, hos vero sempiternis
supplicijs pro arbitrio destinaret, etenim
cum omnes simus ex eisdem parentibus pro-
generati, & ex eadem massa formati, non
videtur cur potius isti saluentur, & illi dam-
nentur, nisi quia isti sint prauis diuinis pra-
ceptis obtemperaturi, illi vero eadem negle-
cturi, At si nulla meritorum aut demerito-
rum prauisio antecessit, non potest Deus effuge-
re, quin fuerit personarum acceptor, etenim
pares ad impares sortes vocare, est accipere
personam hominum. Id quod cum iustitia
non congruit.

Præterea, iustitiae repugnat esse prius vltorē,
quam aliquis sit peccator, at si homines non dū
nati, neque de deo bene, aut male meriti, eternis

Causa boni-
tas diffi-
cultatis ex-
plicatur.

Bonitas
Dei postu-
lat omnes
saluari, et
nullū dā-
nari.

Ezech. 33.

1. Tim. 2.

Iacobi 2.

Iustitia
dei postu-
lat omnes
saluari, et
nullū dā-
nari.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

supplicijs destinentur, Deus est prius ultor, quam aliquis sit peccator, non videtur igitur quod aliqui, nullis praevius meritis, beato evo fruendo alij vero nullis praevius demeritis aeternis supplicijs destinentur. Alio qui falsa esset illa Augustini sententia, Deus non est prius ultor, quam aliquis sit peccator.

Adde, si Deus volebat istis salutem sempiternam impertire, cur eos in lucem hanc mortalem protulit: certe satius fuisset non nasci, quam aeterna tormenta sustinere. Id quod etiam christus de Iuda dixit, Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Quocirca Iob horum persona suscepta sic exclamat. Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo, ac multa alia dicit, non solum agens gratias pro beneficio vitae accepto, verum etiam ortui suo, & generationi detrahens, atque imprecans.

Postremo, cum Deus sit omnipotens, potuit efficere, ut nulli essent haec sedes essent agni, nam potuit omnes praedestinasse, & nullum reprobasse. Ex quo fit subinde, ut hos esse haedos, illos vero agnos, non ipsis qui nihil aut boni, aut mali facturi sunt praevius, sed deo attribuendum & assignandum sit, in cuius potestate situm erat, omnes facere agnos, si modo voluisset. Id quod si fecisset, & sibi, & nobis rectissime consulisset, sibi quidem, tum quia non male apud impios audiret tanquam crudelis, & improvidus, aut certe iniustus, tanquam crudelis quidem, quia nos a tantis miserijs non eripuit, cum id solo nutu facere potuisset, tanquam improvidus vero & iniustus quoniam scelera, flagitia, & tyrannides, ac reliqua mala, quibus mundus est plenus, aut non consideret, vel certe si considerat, videantur fieri eo moderatore, & consentiente. Tum quia si Adam, & ab eo omnes progeniti innocentiam consequassent, & ipse crudelis ligni perpersionem vitasset, & nos miserijs quibus obruimur, declinassemus.

Haec sunt, quae quaestionem propositam reddunt difficilem, & humano intellectui impenetrabilem. Ex qua huius quaestionis altitudine, & incomprehensibilitate, varia de re proposita hominum sententiae extiterunt. Quas

comemorare, & exponere operae pretium est.

Interim tamen praenotandum est, quod cum quaeritur sitne praedestinationis causa aliqua assignabilis, non id quaeritur, utrum. scilicet actus divini intellectus, & voluntatis causam aliquam habeat, Nam cum ille actus sit ipsamet divina essentia, divinae essentiae nulla est causa, sed quaeritur de habitudine actus ad obiectum, & tunc est sensus, utrum assignari possit causa aliqua propter quam actus divini intellectus, & voluntatis, qui est praedestinatio, terminetur ad hoc obiectum, cum Petrum. Nam licet ipsius actus absolute non sit causa aliqua, huius tamen habitudinis ad hoc vel illud obiectum, esse potest.

Haec porro causa sumi potest vel ex parte nostra, vel ex parte ipsius Dei. Ac ex parte Dei est sua bonitas, & sua voluntas, ex parte vero nostra sunt opera nostra, quae vel vitam antecesserunt, vel in vita a nobis sunt exhibitae, Deo vero ab aeternitate praevius. Rursus haec nostra opera in vita exhibitae vel antecedunt gratiam, & iustificationem, vel gratiam, & iustificationem consequuntur. Illa se habent ut meritum de congruo, haec vero ut meritum de condigno. Est igitur sensus quaestionis, utrum ex parte nostra detur meritum aliquod de congruo, aut de condigno totius effectus praedestinationis, nempe vocationis, iustificationis, & glorificationis: in quibus praedestinationis omne negotium consistit, quod cum non reperiat in omnibus hominibus, fit ut actus divinae praedestinationis non terminetur ad omnes homines, sed ad aliquos duntaxat: eos scilicet in quibus hoc meritum praevius est reperiri.

Sunt igitur de re proposita variae hominum sententiae, & opiniones.

Origenes existimavit merita, aut demerita antecedentia hanc vitam fuisse causam praedestinationis, aut reprobationis. Visum est enim Origeni libro 1. de principijs c. 9. fuisse omnium hominum animas initio simul procreatas, & pro meritis varios fuisse corporum status consecutas, & propter eadem merita alias fuisse vocatas ad iustitiam, & per consequens ad beatitudinem ad missas, alias vero neglectas, & penis addictas. Huius sententiae meminit

Non quaeritur de causa divini actus sed de causa habitudinis, siue terminationis actus ad obiectum.

sensu huius quaestionis.

Origenis opinio.

D.

Augustinus.

Matth. 27

Iob. 3.

Ex dei omnipotentia sumptum argumentum.

Quaerela impiorum contra deum.

Hierony

Rom. 11.

1. Pelagij opinio.

Nota

Hierony. D. Hieronymus in Comentario ad primū caput Epistolæ ad Galatas, & in Epistola ad Demetriadem virginem, quā eandem sententiam affirmant in animis hominum ad sua vsque tempora insedisse. Meminit etiam huius sententiæ Epiphanius in Epistola ad Iohannem Episcopū Hierosolymitanum. Hunc errorem coarguit D. Paulus ad Rom. II. in-
Rom. II. quiens, Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quibus verbis significat D. Paulus neminem, ex debito accepisse a Deo aut bona quæ habet, aut mala, quæ patitur, quasi ante istam vitam de deo aut bene aut male meritis.

1. Pelagij opinio. Pelagiani prædestinationem operibus hominum attribunt, non quidem ante hanc vitam, sed in vita hac gestis. Putauit enim pelagius hominem per solas vires naturæ cum concursu Dei generali posse non solum bene, & virtuti consentaneè operari, verū etiā & meritorie, vt. s. bonis istis operibus promeretur Dei gratiam, & amicitiam ac postremo ipsam sempiternam gloriam. Ex præuisione igitur istorum operum, Deus homines demente pelagij prædestinauit. Hunc errorem refutauerunt sancti, Augustinus. s. & Hieronymus: Augustinus quidem in libro de Gratia, & libero arbitrio & Hypognosticon lib. 3. & in libro de Prædestinatione sanctorum, Et primo lib. Retractionū cap. 9. & vigesimo tertio. Postremo in Epistola ad Sixtum 105. & duabus sequentibus. Diuus vero Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, & tribus libris contra Pelagianos conscriptis qui habentur operū diui Hieronymi tomo. 2.

Nota. Est tamen hoc loco magnopere annotandum, errorem Pelagij fuisse a sanctis redargutum, quoad illud solum, nempe quod diceret hominem sola liberi arbitrij facultate posse non solum bene, verum etiam virtuti per omnia consentaneè operari, deiq; amicitiam in hac vita, & postremo in futura vita gloriā promereri. Qua dere cum esset a fratribus increpatus, hætenus cessit admonitioni, vt gratiam nō excluderet, sed diceret, hac accedente, facilius posse hominem bene, & meri-

torie operari, & ad salutem peruenire, ea verō non adiuncta, difficilius.

Hæc sententia præterquam quod est sanctorum Patrum sententijs refutata, est etiā multorum conciliorum decretis damnata.

Cæterum quoad posteriorem illam sententiā, nempe quod homines sint a Deo prædestinati ex præscientia meritorum siue bonorum operum non est a patribus reprehensus, vt pote quia & patres in eadem fuerint sententia. Sed iam patrum sententias proferramus.

D. Hieronymus in comentario ad primū caput Epistolæ ad Galatas reprehendens illorum sententiam qui asserunt pereuntium, & eorum qui saluantur, naturā esse diuersam, sic ait. Ad hoc potest simpliciter responderi, hoc ex Dei præscientia euenire, vt quem scit iustum futurum, prius diligat, quam oriatur ex vtero, & quem peccatorem, oderit antequam peccet. Non quo & in amore, & in odio iniquitas Dei sit, sed quia non aliter eos habere debeat, quos scit vel peccatores futuros esse, vel iustos. Nos enim vt homines tantum de presentibus iudicamus, ille vero, cui futura iam facta sunt, de fine rerum, non de exordijs fert sententiam. Hæc Hieronymus exponens illa Pauli verba, cū autem placuit ei, quime segregauit ex vtero matris meæ.

Idem Hieronymus scribens ad Hedibiam in explicatione quæstionis. 10. aperte docet, non irrationabiliter Deum eos prædestinasse, illos vero reprobasse, sed ex præscientia meritorum. Id quod explanat exemplo solis, qui cum vnus sit, varios tamen effectus, iuxta varias subiectæ materiæ dispositiones, operatur, alia liquefaciendo, alia indurando, alia soluendo, alia postremo constringendo. Liquat enim ceram calor solis, & lutū indurefacit. Sic, inquit Hieronymus diuina bonitas, & clementia, vasa iræ apta ad interitū, hoc est, populum Israel indurat, vasa autem misericordiæ, quæ præparauit in gloriā, hoc est, nos, qui non solum ex ludæis sumus, sed etiam ex gentibus non saluat irrationabiliter & absq; iudicij veritate, sed causis præceden-

Patribus visum est hominē prædestinari, aut te probari ex operū præscientia.

Hierony.

Dei iudiciū multū distat ab hominū iudicio.

Hierony.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Hunc eū
de sensū
sequitur
Hierony-
mus i co-
mentario
cap. 9. ad
Rom.
Ambrosi-
us.

dentibus. Quas subinde causas exponens, ait, quia alij non susceperunt filium Dei, alij vero sua sponte suscipere voluerunt.

D. Ambrosius explanans illa Apostoli verba, ad Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundū propositum vocati sunt sancti, sic ait. Hi autē secundum propositum vocantur, quos credēs præsiciuit Deus futuros sibi idoneos, vt antequam crederent, scirentur.

Item eodem loco, exponens illa verba, quos præsiciuit, hos prædestinavit, sic ait, quos præsiciuit futuros sibi deuos, ipsos elegit ad promissa præmia capessenda, vt ij qui credere videntur, & non permanent in fide coepta, a deo electi negentur. Si obijcia Ambrosio, non nē & Iudas electus est, is tamen nō permansit in fide, & religione suscepta: Respondet Ambrosius. Est enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul, & Iudas, non de præsiciētia, sed de præsenti iustitia. His annumerat Ambrosius illos septuaginta duos, qui electi à domino, & postea scandalum passi recesserunt a domino.

Ambro.

Idem sanctissimus doctor explanās illa Pauli verba, ad Rom. 9. cum nati nondum fuissent etcæ. Non ex operibus, sed ex vocāte dictū est. etcæ. sic ait. Præsiciētia Dei flagitat in his causis. Sciendo enim quod vnus quisq; futurus esset, dixit, Hic erit dignus, qui erit minor, & qui maior erit, indignus. Vnū elegit præsiciētia, & alterum spreuit. Hoc quasi præsicius, & non personarum acceptor.

Nā neminem damnat, antequam peccet, & nullum coronat, antequam vincat. Quibus satis aperte docet D. Ambrosius, merita prænisa esse causam prædestinationis ad salutem, & demerita prænisa esse causam destinationis ad gehenam.

Ambro.

Idem eodem cap. De præsiciētia Pharaonem damnauit, sciens non correpturum, id est, præsiciens fore vt non resipisceret, Paulum vero persequentem elegit, præsicius vtique quod futurus esset bonus.

Ambro.

Idem eodem cap. Miserebor, inquit, cuius misertus ero, id est, eius cuius præsicius eram, quod ei misericordiam daturus essem: sciēs

conuertendum illum, & permansurum apud me. Et misericordiam præstabo ei, cui misericordiam præstitero, id est, ei misericordiā dabo, quem præsiciui, post errorem recto corde reuersurum ad me. Vt eum vocet, quem scit obaudire, illum autē non vocet, quē sciat minime obaudire.

Tandem in vniuersa illa capitis noni expositione vult D. Ambrosius nobis esse persuasum, Deum nequaquā iustitia neglecta, vnū ex duobus paribus accipere, & alterū abijcere, sed seruata iustitia ex præsiciētia meritorum. Quos enim bonæ voluntatis futuros esse prænouit, hos habendos censuit in numero bonorū, quos vero contra, in numero malorum. Et quoniam exemplum figuli allatum hoc loco a Paulo videbatur huic eius sententiæ, & expositioni vehementer obstare, illud sic exponit D. Ambrosius vt dicat, magnum esse inter figulum & Deum discrimen. Nam vasorum omnis differentia posita est in sola opificis voluntate, at proborū, & reproborū differentia est in dei voluntate comite iustitia. In figulo enim inquit, sola voluntas est in Deo autē voluntas cum iustitia. Scit enim cuius debeat misereri.

Prædesti-
natorum
& repro-
borū di-
fferentia
posita est
in Dei
voluntate
comite
iustitia.

Diuus Ioannes Chrysostomus in commentario ad 9. cap. epistolæ ad Rom. eandem sequitur sententiam. Ait enim Deum præsiciū futurorum Iacob dilexisse, & elegisse, Esau vero exosum habuisse, & abiectisse.

Ioānes
Chrysol-
tomus.

A primo namq; die, & eum, qui bonus erat futurus, & eum qui contra, cognouit. Is enim qui mentes agnoscit, nouit & probare, quis dignus sit, qui saluetur. Atque ideo & publicanum elegit, & latronem, & meretricem, sacerdotes vero, presbyteros, ac principes contempsit. Cede ergo incomprehensibili electionis arcano.

Theophy-
lactus.

Theophylactus explanans illa Pauli verba, quos præsiciuit, hos prædestinavit, sic ait, præcognoscit vel præsicit deus eos, qui vocatione digni sunt, deinde sic prædestinat.

Prior itaq; est præsiciētia, postea sequitur prædestinatio. Prænouit itaq; Paulū vocatione dignum esse, sicq; præsiciuit, seu prædestinavit, hoc est, impermutabiliter decreuit, &

Augusti-
nus

vsus lib-
riarbitri
qualiter
sit accip-
endus.

Augusti-